
THE LIBRARY OF CONGRESS


THE LIBRARY OF CONGRESS

Christian Benedict

C. B. MICHAELIS

GRAMMATICA

SYRIACA.

ROMAE MDCCCXXIX.

IN COLLEGIO URBANO
DE PROPAGANDA FIDE.



INDEX CAPITUM

LIBER I.

LIBER II.

singularum coniugationum et de numero et persona. X. De proprietatibus singularum coniugationum. Nota in qua usus punctorum diacriticorum in verbis distinguendis describitur. XI. Paradigma verb. reg. ܩܛܠ. XII. De verbis quae primam mediamve gutturalem habent. XIII. De quiescentibus generatim. XIV. De quiescentibus 1. rad. olaph, ubi paradigma ܐܟܠ. XV. De verbis 1. rad. jud, ubi paradigma ܝܠܕ. XVI. De verbis quiescentibus media rad. olaph. XVII. De verbis media rad. wau, ubi paradigma ܩܡ. XVIII. De verbis 3. rad. olaph, ubi paradigma ܓܠܐ. XIX. De verbis defectivis, ubi ܢܦܩ. XX. De verbis mediam rad. geminantibus, ubi ܪܩ. 40–100.

Cap. II. De paradigm. nominum.

I–II. Varia de nomine. III. De nomin. simplicibus et compositis, et aliis nominum divisionibus. V. De qualitate et genere nominum. VI. De formatione feminini. VII. De comparationis gradu. VIII. De casibus. IX. De numero nominum. X. De statu nominum absoluto, constructo, atque emphatico. XI. Paradigmata regularia nominum mascul. XII. Paradigmata regularia nominum fem. XIII. De nominibus irregularibus, patronymicis et diminutivis. XIV. De numeralibus. 100–136.

Cap. III. De paradigm. particularum.

I–III. Varia de particulis. IV. V. De parti-

culis praefixis ܘܕܒܠ et earum significatione. VI. De ratione praefigendi particulas apud Syros. VII. De suffixis ubi de pronominibus. 1. personalibus, 2. demonstrativis, 3. relativis, 4. interrogativis, 5. reciprocis, 6. possessivis. VIII. IX. De suffixis praeteritorum, X. Infinitivorum, XI. Imperativorum, XII. Futurorum, XII. Et Participiorum. XIV. De suffixis nominum. XV. Suffixa analoga nominum. XVI. Eadem nominum fem. XVII. Suffixa specialia nominum masc. XVIII. Suffixa particularum singul. XIX. Suffixa pluralia masculinorum. XX. Plur. femininorum. XXI. De pronominibus personal. ܐܢܐ, ܐܢܬ etc. cum vicem verbi substantivi gerunt. 136-175.

LIBER III.

Cap. I. De idiomat. verborum syntacticis.

I. De syntaxi. II. De verborum varia significatione. III. Usus neutri pro passivo. IV. Passivi pro activo. V. Verba passiva reciprocam actionem quandoque notant. VI. VIII. De coniugatione Ettaphal, de verbis *sum*, *es*, *est*, et *habere*. IV. Quomodo Syri defectum verborum compositorum suppleant. X. Verba passiva sing. aliquando pluralibus iunguntur. XIII. Syri subiunctivum per futurum supplent. XIV. Loco imperativi aliquando venit participium cum 2. pers. praeteriti verbi ܗܘܐ. XV. Et aliquando loco subiunctivi. XVI. De temporibus Syrorum. XVII. Per participia suppletur praesens Latinorum.

XVIII. Qua de re duo praeterita aliquando coniungantur. XIX. Constructio verbi cum suo infinitivo sine lomad est emphatica. XX. Infinitivo in ordinaria constructione praefigitur lomad. XXI. Variae orationis partes loco infinitivi post verba ponuntur. XXII. Dativi iunguntur passivis verbis et locum supplent ablativi. XXIII. Syri in construendis verbis cum suis casibus, ab Latinorum usu recedunt. XXIV. Verbum quod in orationis protasi praecessit, in apodosi saepe subticetur. XXV. Verbum *sum* redundat in quibusdam casibus. XXVI. Singulares constructiones verborum ܐܚܕ *tenuit*, ܐܟܠ *comedit*, ܫܪܝ *coepit*, ܐܬܐ *venit*, etc. 176-202.

Cap. II. De idiomat. nominum syntacticis.

I-II. Nomina vel simplicia vel composita sunt. III. De compositione per periphrases cum vocibus ܒܪ *filius*, ܒܝܬ *domus*, ܒܥܠ *dominus*, ܪܒ *princeps*, ܪܝܫ *caput*. IV. Aliae nominum periphrases. V. Syri per alias orationis partes paucitatem adiectivorum qualitatis supplent. VI. Syri Christum ܡܫܝܚ vocant. VII. Pluralia fem. ex sing. mascul. orta, et vicissim plur. mascul. etc. sequuntur genus suorum singularium. VIII. De nomine ܡܠܬܐ. IX-XII. Singularia quaedam de casibus nominum. XIII. De gradu comparativo. XIV. Singularia collectiva iungi possunt pluralibus. XV. Defectiva, i.e. pluralia tantum aliquando etiam sing. iunguntur. XVI. Status constr. pro absolut. venit. XVIII. De geminatione eiusdem nomi-

GRAMMATICAE SYRIACAE

LIBER I.

DE IIS QUAE AD LECTIONEM ET SCRIPTIONEM PERTINENT

ut sunt consonantes, vocales, notae diacriticae, et tonus.

CAPUT I.

De consonantibus.

I. Litterae seu consonantes apud Syros, ut apud Hebraeos, numero sunt viginti duo, quarum ordo, figura, nomen et valor, ex sequenti liquet schemate.

Figura, separata,	connexa.	Nomen, latine,	syriace.	Valor, essentialis,		numericus.
ܐ	ܒܐ	Olaph	ܐܠܦ	א	spiritus lenis	1
ܒ	ܒܒܒ	Beth	ܒܝܬ	ב	b	2
ܓ	ܓܓܓ	Gomal	ܓܡܠ	ג	g	3
ܕ	ܒܕ	Dolath	ܕܠܬ	ד	d	4
ܗ	ܒܗ	He	ܗܐ	ה	h	5
ܘ	ܒܘ	Wau	ܘܐܘ	ו	w vel v	6
ܙ	ܒܙ	Zain	ܙܝܢ	ז	z gallicum	7

ܚ	ܚܚܚ	Cheth	ܚܶܝܬ	ח	hh	8
ܛ	ܛܛܛ	Teth	ܛܶܝܬ	ט	t	9
ܝ	ܝܝܝ	Jud	ܝܽܘܕ	י	j	10
ܟ	ܟܟܟ	Coph	ܟܳܦ	ך	k	20
ܠ	ܠܠܠ	Lomad	ܠܳܡܰܕ	ל	l	30
ܡ	ܡܡܡ	Mim	ܡܺܝܡ	ם	m	40
ܢ	ܢܢ	Nun	ܢܽܘܢ	ן	n	50
ܣ	ܣܣܣ	Semcath	ܣܶܡܟܰܬ	ס	s	60
ܥ	ܥܥܥ	Ee	ܥܶܐ	ע	spir. asp.	70
ܦ	ܦܦܦ	Phe	ܦܶܐ	ף	p vel ph	80
ܨ	ܨܨ	Tzode	ܨܳܕܶܐ	ץ	tz	90
ܩ	ܩܩܩ	Quoph ſ. Koph	ܩܳܦ	ק	k	100
ܪ	ܪܪ	Risc	ܪܺܝܫ	ר	r	200
ܫ	ܫܫܫ	Scin	ܫܺܝܢ	ש	sci	300
ܬ	ܬܬ	Thau	ܬܳܘ	ת	th	400

II. Ratione figurae ;

1. Cave, confundas litteras ܐ et ܢ ; ܒ et ܟ ; ܕ et ܪ ; ܠ et ܥ, quae sive ex figura vel altiore vel depressiore, sive ex ductu vel oblongiore vel rotundiore, sive denique ex puncto diacritico vel inferno vel superno, facile distinguuntur.

2. Olaph et lomad, illa huic, haec illi

vel sibi ipsi, in scribendo adcommodantur: ut ܐܠܗܐ pro ܐܠܗܐ *Deus*, ܠܐ pro ܠܐ *non*, ܡܠܠ pro ܡܠܠ *loquutus est*; et in diversis vocibus, v. g. ܥܠ ܐܪܥܐ *super terram*, olaph initiale lomad finali implicatur.

3. Triplex syriacarum litterarum genus innotuit: MENDAEAE, quarum specimina dederunt *Thevenotius tom. I. itiner. collect.* et *Hydius in hist. relig. veter. Persarum. p.* 521. Has *Matur. Veyss. La-Croze* diss. philol. quam *Io. Chamberlayne* editae a se Amstelodami An. 1715. *orationi dominicae multilingui* subiecit, p. 125. vel ideo pro antiquissimis omnium haberi posse credit, quod vocalium litterarum usum servaverint, quem omnibus omnino litteratis initio familiarem fuisse censet. ESTRANGHELO, dictae, a graeca voce στρογγύλος *rotundus* (potius arabicae originis vocem esse cum Adlero et aliis dices, nempe a سطر *scriptura* et انجيل *evangelium* h. e. scriptura qua Syri in exarandis evangeliis utebantur); quod litterarum genus, quum Mendaeorum characteres ob apices quosdam minus prompte in charta vel membranis describi possent, ceu expeditius et facilius, excogitatum esse, idem *La-Croze* loc. cit. suspicatur. VULGATAE, quae passim hodie, maximeque in impressis libris adhibentur.

4. Figura litterarum est vel separata, qua scribuntur extra connexionem sive cum antecedente, sive cum consequente; vel connexa idque vel cum sequente solummodo littera, vel

cum praecedente et sequente simul, vel solum cum praecedente: unde quadruplex, quanquam satis exigua, figurae litterarum variatio, uti ex praemisso adparet schemate.

4. Octo litterae ܬ ܪ ܨ ܙ ܘ ܗ ܕ ܐ, connexionem neque secum ipsis, neque cum aliis sequentibus, sed solum cum aliis praecedentibus, patiuntur. Hinc iunctura litterarum negligitur, v. g. in ܕܘܪܐ *generatio*, ܬܘܗ *obstupuit*, ܬܘܐ *paenituit*, ܨܐܐ *foedavit*; hinc fit item, ut dictas litteras in praemisso schemate non secum ipsis, sed v. g. cum ܒ praecedente connexuerimus, nempe ܒܐ, ܒܕ, ܒܗ, ܒܘ, ܒܙ, ܒܨ, ܒܪ, ܒܬ.

III. Valor essentialis seu primarius litterarum quarundam in certis casibus variatur. Nam

1. ܐ mobile in medio vocis legitur vt ܝ, idque ante vel post aliud ܐ; vt ܐܐܪ *ojar, aer*, ܡܠܐܐ *mlojo plenitudo*, ܒܘܝܐܐ *bujojo consolatio*; in participio praesenti verborum quiescentium media ܘ, vt ܩܐܡ *kojém stans*, et secundum aliquos, geminantium mediam radicalem, ut ܥܐܠ *ojél intrans*, ab ܥܠ contracte pro ܥܠܠ *intrauit*; nec non mediam radicalem ܐ habentium, ut ܫܐܠ *schojel petens*, a ܫܐܠ pro ܫܐܠ *petiit*.

2. ܘ ab initio vocis legitur vt wau, seu w

anglicanum et arabicum, vt ܘܠܦ *wilef, et didicit*; alias vt vau, v. g. ܐܘܢܐ *avono mansio*: at post homogeneam vocalem ܽ vel ܳ quiescit, ut ܩܘܦ *coph*, nomen litterae; ܝܘܡ *dies*; post heterogeneam vero ܘ diphthongescit, vt ܝܘܡܐ *jaumo dies* ܠܘ *lau non*.

3. ܝ cum substrata vocali ܶ, ab initio vocis legitur vt ܐ, vt ܝܠܕ *iled peperit*, ܝܩܪ *ikar grauis fuit*: unde in aliquibus nominibus praemittitur ܐ prostheticum, ut ܐܝܘܡܡܐ pro ܝܘܡܡܐ chald. יממא *dies*, ܐܝܩܪ pro ܝܩܪ chald. יְקָר *honor*, ܐܝܕܐ pro ܝܕܐ chald. יְדָא *manus*; in aliis vero scriptio est indifferens, sine et cum ܐ, ut ܝܣܪܝܠ et ܐܝܣܪܝܠ *Israel*, ܝܗܘܕܐ et ܐܝܗܘܕܐ *Iudas*.

4. Spiritus asperrimus ܥ seu ee, ubi est prima radicalis littera, ante mediam ܗ legitur mollius ut spiritus lenis ܐ; v.g. ܥܗܕ *recordatus est*, legitur ܐܗܕ; ܥܗܕܢ *utilia*, haud aliter ac si scriberetur ܐܗܕܢ: unde ܥ iisdem adfectionibus subiacet ac ܐ, nempe ut initiale vocis, ubi per schua pronunciari debuisset, loco eius adsumat vocalem, v.g. ܥܗܕ pro ܥܗܕ; praecedente vero littera schuata, ad eam remittens vocalem suam ipsa occul-

tetur atque quiescat, v. g. ܕܡܥܕܪ̈ܢ *quae vtilia*, pro ܕܡܥܕܪ̈ܢ. Vide paulo abhinc regulas quiescentium ܐܗܘܝ §. 7. 1. et quae c. III. §. 7. de linea occultante dicemus: it. lib. II. c. I. §. 14. 7.

IV. Valor numericus seu secundarius litterarum, nec non ordo illarum alphabeticus, idem apud Syros qui apud Hebraeos est; ita ut primae novem litterae unitates, intermediae a jud usque ad tzode, decades, et reliquae centurias (uti in schemate alphabeti ostendimus) exprimant.

V. Divisio litterarum institui potest

1. ratione organi seu instrumenti, quo singulae proferuntur, in

gutturales ܐܘܚܥ,
labiales ܒܘܡܦ,
palatinas ܓܝܟܩ,
linguales ܕܛܠܢܬ, et
dentales ܙܣܨܪܫ.

2. ratione speciei eaedem litterae similiter dividi solent in primis in radicales, quae de primitivarum vocum substantia sunt. Secundo dividuntur in serviles, quae ultra radicales litteras accedunt. Sunt autem vel essentiales, seu formativae; ab initio quidem vocum, praeformativae; ab illarum vero fine, adformativae: vel extraessentiales, quemadmodum ܐ prostheticum in ܐܟܢܐ pro ܟܢܐ *sicut*, ܐܝܟܢ seq. ܕ *sicut qui*, ܐܫܬܝ pro ܫܬܝ *bibit*, ܐܫܟܚ *invenit*, ut distinguatur a

ܛܥܐ *oblitus est*; in primis vero in exoticis, ab sibilante ܣ inchoatis, ut ܐܣܛܕܝܐ ϛάδια, ܐܣܛܘܐ ϛοὰ, ܐܣܛܘܟܣܐ ϛοιχεῖα, ܐܣܦܘܓܐ σπόγγος, cet. Quin et syriaca ܫܬܐ *sex*, ܫܬܝܢ *sexaginta*, legenda esse cum implicito ܐ prosthetico, ac si scripta essent ܐܫܬܐ (quod et sic scribitur Luc. 1. 26.) et ܐܫܬܝܢ, praefixorum docebit analogia. Ad formativas quoque referimus illas, quae ex trilitteris quadrilittera formant, sive ab initio, ut ܫܥܒܶܕ *servire fecit*, ab ܥܒܶܕ *servivit*; sive in medio, ut ܫܘܬܦ *communicavit*, a chald. שְׁתַף idem; sive in fine, ut ܦܪܣܡ *publicavit*, a ܦܪܣ *expandit*.

VI. Accidit litteris, ut vel 1. in praecedente vocali quiescant, vel 2. otientur nonnunquam; vel 3. permutentur cum aliis; vel 4. transponantur; vel 5. denique elidantur. Singulas horum accidentium species separatis numeris persequemur.

VII. Quiescentes litterae nonnisi hae tres sunt ܝ ܘ ܐ. Nam ܗ, quod cl. Hardtius illis ad imitationem hebraismi addidit, in harum litterarum censu neque apud Syros est, neque apud Arabes. Cave igitur, pro quiescente habeas ܗ suffixi 3. pers. sing. masc. et fem. v. g. ܡܠܟܗ *rex ejus*, viri, et ܡܠܟܗ̇ *rex ejus*, feminae: quod

moveri, vel chaldaismi analogia docet, ubi suffixo הּ, sive masculino sive feminino, imprimitur mappik, מַלְכֵּהּ et מַלְכָּהּ. Speciatim nunc de singulis.

1. ܐ, quod quotiescumque in medio vocis invenitur seu medianum, si praecedentem habere debuisset litteram vocali destitutam, remissa ad hanc vocali sua, quaequae fuerit, quiescit: ut ܢܫܐܠ pro ܢܫܐܠ *petet*, ܐܬܐܟܠ pro ܐܬܐܟܠ *comestus est*. ܠܐܝܬ pro ܠܐܝܬ *fessus factus sum*, ܡܐܐ pro ܡܐܐ *centum*, ܦܐܐ pro ܦܐܐ *decens*, ܒܐܘܪܚܐ pro ܒܐܘܪܚܐ *in via*. Extra hunc vero casum ܐ in infinit. et fut. peal quiescit in ܶ, in verbis quibusdam 1. rad. ܐ, ut ܡܐܡܪ *dicere*, ܡܐܙܠ *abire* ܢܐܡܪ *dicet*, ܢܐܙܠ *abibit*; in verbis quibusdam 1. rad. ܝ, ut ܡܐܠܕ pro ܡܝܠܕ *parere*; ܐܠܕܝܢ *paries*; item in exoticis ܙܐܛܡܐ ζητήματα, ܩܐܘܪܣ καιρὸς, et in ܟܐܒ *dolor*, ܣܐܡܐ *argentum*, ܥܐܕܐ *festum*, ܦܐܪܐ *fructus*, ܫܐܕܐ *daemon*, ܬܐܢܐ *ficus*, ܬܐܪܬܐ *conscientia*, ܦܐܡܐ *balbus*, cet. In aliquibus scriptio est indifferens, ut ܒܐܪܐ et ܒܪܐ *puteus*, ܕܐܒܐ et ܕܒܐ *lupus*, ܥܐܕܥܐܕܐ et ܥܕܥܕܐ *festum*, ܩܐܒܘܬܐ et ܩܒܘܬܐ *arca* cet.

At ܐ finale regulariter non quiescit, nisi in vocalibus ܶ et ܳ: ut ܓܠܐ *revelavit*, ܓܠܝܐ *revela-*

bit. Aliter se res habet de ܛܡܐ *impurus fuit*, ܒܝܐ *consolatus est*, ܐܝܐ *foedavit*, ܐܬܝܐܐ *condecoratus est*, eorumque derivatis: quae non quiescentibus, sed gutturalibus, ultimumque ܐ moventibus, accensenda. Vide lib. II. c. I. §. 12. et §. 18.

2. ܘ vocali destitutum regulariter quiescit in ܘ݁ seu v, ut ܣܘܦ *finis*, in exoticis vero vocibus similiter in ܘ, ܘ, ܘ, ut ܐܘܪܟܘܣ *ἀρχαὶ*, ܐܬܝܢܘܣ *Athenas*, ܐܬܝܢܘܣ *Athenis*, ܬܪܘܢܘܣ *thronus*, nec non secundum aliquos in his quadrilitteris, ܫܘܘܕܝܐ *promissio*, ܫܘܘܕܥܐ *notificatio*, ܫܘܘܚܪܐ *cunctatio*, in quibus ܘ geminum est, prius ut fulcrum ezozo, posterius vero, servandae originis caussa, quia sunt derivata a verbis ܫܘܕܝ *promisit*, ܫܘܕܥ *notificavit*, ܫܘܚܪ *cunctatus est*. Vide infra de linea occultante caput III. §. 7. 1. Alias diphthongescit, ut ܣܘܦܐ *saupho finis*, ܠܐܘܬܐ *leuto labor*.

3. ܝ vocali destitutum quiescit in homogeneis vocalibus ܝ et ܝ, seu e et i, ut ܕܝܢ *vero*, ܥܝܢ *oculus*; at medianum, substratam habens vocalem, hac vocali sua ad praecedentem schuatam (seu signo vocali vacuam) remissa, ipsum quiescit; ut ܘܝܕܥܘ pro ܘܝܕܥܘ *et cognoverunt*, ܐܠܝܥ

pro ܐܬܝܠܕ *natus est*; at post vocales heterogeneas diphthongescit cum illis, ut ܒܝܬܐ *baito domus* ܩܕܡܝ *kadmoi primus*, ܐܒܘܗܝ *abui pater ejus*.

VIII. Otiantur vero

1. ܐ vocali destitutum in pronomine personali ܐܢܬܘܢ *vos* M. et ܐܢܬܝܢ *vos* F. post participium plurale, cujus ܢ afformativum pariter otiatur, ut Matth. 11, 14. (sec. Polygl.) ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ, quod lege ܨܒܝܬܘܢ *vultis*; et Luc. 24, 3. ܒܥܝܢ ܐܢܬܝܢ, quod lege ܒܥܝܬܝܢ *quaeritis*. Vide lib. II. c. III.

2. ܘ et ܝ, quum in fine vocum vocalem sub et ante se nullam habent, idque primo in loco in terminationibus quibusdam verborum, ut v. g. ܦܩܕܬܝ *visitavisti* F. ܦܩܕܘ *visitaverunt* M. ܦܩܕܝ *visitaverunt* F. ܦܩܘܕܝ *visita* F. ܦܩܘܕܘ *visitate* M. ܬܦܩܘܕܝ *visitabit* F. Secundo eaedem litterae ܘ et ܝ in pronominibus quibusdam suffixis; ut ܡܠܟܝ *rex meus*, ܡܠܟܟܝ *rex tuus* F. ܡܠܟܝܟܝ *reges tui*, F. ܡܠܟܘܗܝ *reges ejus* M. ܐܚܒܢܝ *amavit me*, cet. Hoc tamen jud suffixum fit mobile quum sequens vox inchoatur ab ܗ occultato; ut Joh. 6, 51. ܦܓܪܝ ܗܘ, quod lege *pagrju*. Sic Esa.

45, 14. ܒܟܝ ܗܘ lege *bechju*, coll. infra c. III. §. 7. Tertio in separatis quibusdam vocibus: ut ܐܢܬܝ *tu* F. ܐܡܬܝ *quando*, ܐܬܡܠܝ *heri*, ܫܠܝ *tranquillitas*, a quo fit emphaticum ܫܠܝܐ; unde vicissim emphatica ܐܠܝܐ *ejulatus*, ܒܟܝܐ *fletus*, ܠܠܝܐ *nox*, conceperis ab absolutis, quamquam inusitatis, ܐܠܝ, ܒܟܝ, ܠܠܝ.

Nota. Probabile est, in tribus his exemplorum generibus ܘ et ܝ cum praecedente vocali ܳ v et ܶ i (furtivo saltem ac dimidiato sono) olim lecta, postmodum neglecta, scribendo tamen expressa esse, tum distinctionis, tum servandae originis caussa. Sunt et aliae species otiantium litterarum, quae, subducta linea, occultari Syris dicuntur, v. g. ܐܚܝܢ *chjon cognatus*, cet. de quibus infra agemus l. I. c. III. §. 7. de linea occultante.

IX. Permutantur inter se crebro litterae,

1. Quae sunt ejusdem organi. Id quod usu venit in commostranda maxime harmonia linguae syriacae cum hebraica: ut ܛܥܐ תָּעָה *erravit*, ܟܒܪܝܬܐ גָּפְרִית *sulphur*, ܦܪܙܠܐ בַּרְזֶל *ferrum*, ܐܬܛܦܝܣ Act. 18, 20. et alibi passim, pro ܐܬܬܦܝܣ *persuasus est* Act. 23. 21. ܒܣܪ et ܐܡܣܪ *sprevit*. In primis ܬ characteristicum etpheel et etphaal post ܙ

mutatur in ܛ , et post ܙ in ܕ , ut ܐܙܕܩܦ pro ܐܬܙܩܦ *crucifixus est*. ܐܙܕܪܥ pro ܐܬܙܪܥ *seminatus est*, ܐܙܕܝܢ pro ܐܬܙܝܢ *armatus est*, ܐܨܛܠܒ pro ܐܨܬܠܒ *crucifixus est*. Sic ܐܨܛܢܥ *astutus factus est*, ܐܨܛܒܝ *complacuit*. Conf §. X. 2.

2. Dentales et linguales: ut ܚܕܬܐ חָדָשׁ *novus*, ܛܡܪ טָמַן *occultavit*, ܬܕܝܐ שָׁדַיִם *ubera*, ܬܪܝܢ שְׁנַיִם *duo*, ܕܗܒܐ זָהָב *aurum*; ܪܗܛ רוּץ *cucurrit*, ܒܪ hebr. בֵּן *filius*, pl. ܒܢܝܢ *filii*.

3. Quiescentes seu quiescibiles ܐܘܝ nempe, primo ܐ 1. rad. in coniugationibus aphel et ettaphal regulariter mutatur in ܘ; ut ab ܐܟܠ *comedit* fit ܐܘܟܠ pro ܐܐܟܠ *cibavit*, ܐܬܬܘܟܠ pro ܐܬܬܐܟܠ *cibatus est*; at in ܝ, specialiter in ܐܝܬܝ *adduxit* ab ܐܬܐ *venit*, et in quadrilittero ܗܝܡܢ ab הֶאֱמִין *credidit*, item 2. rad. in pael et ethpaal, ut ܣܝܒ *polluit*, et ܐܣܬܝܒ *pollutus est*, a ܣܐܒ *immundus fuit*; frequentissime vero 3. rad. ut ܚܕܝ pro ܚܕܐ *gavisus est*, ܕܟܝ *purificavit*, et ܐܬܕܟܝ *purificatus est*, a ܕܟܐ hebr. זָכָה *purus fuit*. Vide paradigma verbale ܓܠܐ lib. II. c. I. §. 18. Idem fit

ante terminationem emphaticam vel femininam ܐ; ut a ܡܪܐ fit emph. ܡܪܝܐ *dominus*; a ܓܒܐ *electus*, ܓܒܝܐ *electa*. Secundo loco vau media radicalis mutatur in olaph in participio coniugationis peal sing. masc. ut ܩܐܡ pro ܩܘܡ *stans*; in ܝ vero plerumque in coniugationibus pael et etphaal, ut ܩܝܡ pro ܩܘܡ *stabilivit*, ܐܬܩܝܡ pro ܐܬܩܘܡ *stabilitus est*; nec non in participio praesenti peal ante incrementum syllabicum, ut ܩܝܡܐ *stans* f. ܩܝܡܝܢ ët ܩܝܡܢ pro ܩܘܡܝܢ et ܩܘܡܢ *stantes* m. et f. Denique ܝ 1. rad. mutatur in ܐ post praeformativas infinitivi et futuri pael, ut ܡܐܠܕ pro ܡܝܠܕ *parere*, ܬܐܠܕܝܢ pro ܬܝܠܕܝܢ *paries* F. In ܘ vero mutatur, regulariter in aphel et ettaphal, ut ܐܘܠܕ *generavit*, ܐܬܬܘܠܕ *generatus est*; item in nominibus quibusdam ܡܘܗܒܬܐ *donum*, a ܝܗܒ *dedit*, ܡܘܒܠܐ *onus*, ab ܝܒܠ in aph. *duxit*, ܡܘܠܕܐ *partus*, cet. specialiter in ܘܥܕ *constituit*, et ܐܬܘܥܕ *constitutus est*, indeque derivato nomine ܘܥܕܐ *pactum*.

4. ܐ facile transit in ܬ: et quidem primo in loco, ܐ femininum nominum, in statu constru-

cto, emphatico et suffixo; ut a ܚܶܟ݂ܡܬ݂ܳܐ *sapientia* fit constructum ܚܶܟ݂ܡܰܬ݂, emphaticum ܚܶܟ݂ܡܬ݂ܳܐ, et cum suffixo ܚܶܟ݂ܡܬ݂ܝ *sapientia mea*. Secundo ܐ characteristicum coniug. aphel in deducta inde coniugatione passiva ettaphal perpetuo, ut ab ܐܰܘܣܶܦ *addidit*, fit ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܘܣܰܦ *additus est*; ab ܐܰܪܡܺܝ *proiecit*, ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܪܡܺܝ pro ܐܶܬ݁ܐܰܪܡܺܝ *proiectus est*, et ab ܐܰܩܺܝܡ *excitavit*, ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܩܺܝܡ pro ܐܶܬ݁ܐܰܩܺܝܡ *excitatus est*, ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܦܺܝܣ *persuasus est*, ab ܐܰܦܺܝܣ *persuasit*. Denique ܐ prima radicalis in coniug. ethpeel et ethpaal aliquando, ut ܐܶܬ݁ܬ݁ܚܶܕ pro ܐܶܬ݁ܐܚܶܕ vel ܐܶܬ݁ܐܰܚܰܕ *clausus est*, ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܢܰܚ pro ܐܶܬ݁ܐܰܢܰܚ *ingemuit*; ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܰܪ *negotiatus est*, ab ܐܓܰܪ *conduxit*.

5- Media rad. geminata, quaequae sit, in participio praesenti transit in ܐ: ut ܥܳܐܶܠ *intrans*, in fem. ܥܳܐܠܳܐ, plur. ܥܳܐܠܺܝܢ et in fem. ܥܳܐܠܳܢ pro ܥܳܠܶܠ, ab ܥܰܠ contracte pro ܥܰܠܶܠ *intravit*.

X. Transponuntur invicem litterae, idque

1. Generatim in vocibus his illis, v. g. ܐܶܬ݁ܟ݁ܰܪܰܗ pro ܐܶܬ݁ܟ݁ܪܶܗ vel ܐܶܬ݁ܟ݁ܪܰܗ *male adfectus fuit*; ܡܶܪܗܰܛ *currere*, a ܪܗܰܛ *cucurrit*; ܬܰܕܐܳܐ *gramen*, a chald. דִּתְאָא et hebr. דֶּשֶׁא idem.

2. Speciatim ܬ characteristicum coniugationum ethpeel et ethpaal, cum 1. radicali sibilante: ut ܐܣܬܠܝ pro ܐܬܣܠܝ *reiectus est*, a ܣܠܐ *reiecit*, ܐܣܬܡܟ pro ܐܬܣܡܟ *innixus est*, a ܣܡܟ *fulcivit*; ܐܣܬܒܪ pro ܐܬܣܒܪ *adnunciatus est*; ܐܣܬܠܩ pro ܐܬܣܠܩ *subtractus est*; ܐܣܬܪܗܒ *accelaratus est*, a ܣܪܗܒ *acceleravit*; ܐܫܬܘܕܥ *notificatus est*, a ܫܘܕܥ *notificavit*; ܐܫܬܟܚ pro ܐܬܫܟܚ *repertus est*. Idem transpositum, post ܙ in ܕ, post ܨ vero in ܛ commutatur; qua de re vide superius dicta §. 9. 1. Cessat tamen metathesis ܬ characteristici, ubi id geminatur; ut ܐܬܬܣܝܡ *positus est*, ܐܬܬܨܝܕ *irretitus est*, ܐܬܬܫܝܛ *contemtus est*.

XI. Eliduntur litterae; ut

1. ܐ in compositis ܒܪܢܫܐ pro ܒܪ ܐܢܫܐ *filius hominis*, ܟܠܢܫ pro ܟܠ ܐܢܫ *omnis homo*, seu *quisque*; item in ܣܪܬܐ pro ܐܣܪܬܐ *finis*; ܬܐ *veni*, ab ܐܬܐ *venit*; ܙܠ *abi*, ab ܐܙܠ *abiit*. In primis 1.rad. ܐ post ܐ praeformativum futuri peal et pael semper, post reliquas vero praeformativas tum futuri tum participiorum earumdem coniugationum, tantum aliquando excidit; ut ܐܟܘܠ pro ܐܐܟܘܠ *comedam*; ܐܡܪ pro ܐܐܡܪ *dicam*; ܐܣܐ pro ܐܐܣܐ *sa-*

nabo ; ܢܠܦ pro ܢܐܠܦ, et hoc pro ܢܐܠܦ *docebit*, ܡܠܦ pro ܡܐܠܦ, et hoc pro ܡܐܠܦ *docens* ; ܡܠܦ pro ܡܐܠܦ seu ܡܐܠܦ *doctus*. Sic ܐܦܢ pro ܐܦ ܐܢ *etiamsi*.

2. ܘ et ܝ, in ܥܕܬܐ *coetus*, a ܘܥܕ *condixit*, ܩܡ *stetit*, pro ܩܘܡ et hoc pro ܩܘܡ ; ܐܩܘܡ *surgam* pro ܐܩܘܘܡ ; ܐܩܝܡ *stare fecit*, pro ܐܩܘܝܡ cet. ܡܕܥ *cognoscere*, ܕܥ *cognosce*, ܐܕܥ *cognoscam*, ab ܝܕܥ *cognovit* ; ܐܚܐ pro ܐܚܝܐ *vivam* ; ܐܚܝ pro ܐܚܝܝ *vivificavit* ; ܡܚܐ pro ܡܚܝܐ *vivificans*.

3. ܢ 1. et 3. rad. ut ܡܦܩ pro ܡܢܦܩ *exire*, ܦܘܩ pro ܢܦܘܩ *exi*, ܐܦܘܩ pro ܐܢܦܘܩ *exibo*, a ܢܦܩ *exiit*, ܓܦܬܐ pro ܓܦܢܬܐ *vitis*, Pl. ܓܦܢܐ *vites*, ab hebr. גֶּפֶן idem.

4. Media rad. geminata, quaequae illa sit, (dummodo ܐ exceperis) in coniugationibus peal, aphel et ettaphal ; ut ܕܩ pro ܕܩܩ *comminuit* ; ܢܒܘܙ pro ܢܒܙܘܙ *praedabitur* ; ܐܥܠ *ingredi fecit*, ab ܥܠܠ contracte ܥܠ *ingressus est*.

5. ܬ characteristicum passivarum coniugationum, si aliud ܬ insuper sequatur, cedit praeformativo thau futurorum, ne concursus fiat

trium thauin : ut ܬܶܬ݁ܕ݁ܘܼܫ pro ܬܶܬ݁ܬ݁ܕ݁ܘܼܫ *conculcabitur* fem. Matth. 5, 13. ܬܶܬ݁ܕ݁ܘܼܢܘܿܢ pro ܬܶܬ݁ܬ݁ܕ݁ܘܼܢܘܿܢ *iudicabimini* c. 7, 1. ܬܶܬ݁ܪܺܝܡ *efferas te* Rom. 11, 20. Sic ܬܶܬ݁ܡܰܟܶܟ *humiliaberis*, pro ܬܶܬ݁ܬ݁ܡܰܟܶܟ, a quadrilittero ܬܡܰܟܶܟ *humiliavit*, Matth. 11, 23. Luc. 10, 25.

CAPUT II.

De vocalibus.

I. Vocales ut a natura, ita Syris numero nonnisi quinque sunt, quarum considerabimus figuras, situm, nomina, valorem, divisionem et accidentia.

II. Vocalium figuras, situm, nomina et valorem, declarabit sequens schema.

Figura recentior,	Figura antiquior.	Nomen latine,	Nomen syriace.		Valor.
ܒܰ vel ܒܲ	ܒ݇	Pthócho	ܦܬܳܚܳܐ	*Apertio*	A.
ܒܶ vel ܒܸ	ܒ݂ vel ܒ	Rvózo	ܪܒܳܨܳܐ	*Depressio*	E.
ܒܺ vel ܒܼ	ܒ	Chvózo	ܚܒܳܨܳܐ	*Adstrictio*	I.
ܒܳ vel ܒܵ	ܒ݃	Skópho	ܙܩܳܦܳܐ	*Elatio*	O.
ܒܽܘ	ܒܘ vel ܒܘ݂	Ezózo	ܥܨܳܨܳܐ	*Oppressio*	V.

III. Figura igitur (ut ex praecedente schemate adparet) duplex est : una per characteres, qui, si a transverso spectentur, graecas vocalium figuras, α, ε, η, ο, et υ seu ου, haud obscure referunt ; altera per puncta. Priorem figuram pro antiquiore, posteriorem vero, quae punctis absolvitur, pro recentiore habuerunt Opitius atque Cellarius in suis, quas in syriacam linguam dederunt, institutionibus grammaticis : contrarium vero tuitus est cl. Hardtius ; cui et nos calculum hac in re adiicimus merito, ob caussas a filio nostro in dissert. priore de punctorum hebraicorum antiquitate §. 22 explicata.

Nota autem 1. seu Skopho aliquando cum diacritico puncto litterae ܢ coalescunt : ܢܘܪܐ *nuro ignis*, ad instar cholem Hebraeorum, quod coalescit cum puncto diacritico τε שׁ et שׂ, v. g. in שָׁלֹשׁ *tres* et שֹׂנֵא *osor*. 2. In punctis vocalibus, ܶ et ܳ figura conveniunt quidem, sed hoc ab illo discernitur per ܘ quiescens adiectum.

IV. Situs characterum vocalium hic est: revozo et chvozo indifferenter suis consonis vel superimponuntur, vel supponuntur ; pthocho et skopho ordinarie superimponuntur, rarius supponuntur ; ezozo vero, quod nos quidem meminerimus, nonnisi supernum signum est. Sed punctorum vocalium situs, prouti §. 2. in tabula expressus est, non variatur.

V. Quod ad valorem, ezozo ubique scribitur cum expresso fulcro ܘ, et legitur ut u, ex-

ceptis tantum duabus vocibus, ܟܠ *omnis*, et ܡܛܠ *propter*, in quibus scribitur sine ܘ, et legitur ut kibbutz Hebraeorum seu ü, nempe kül et metül. (Syri hanc exceptionem non admittunt, nec veterum grammaticorum auctoritate nititur.)

VI. Dividi possunt vocales,

1. Ratione quantitatis, in longas, quales sunt chvozo, skopho et ezozo, (exceptis tantum ܟܠ et ܡܛܠ, ut modo dictum §. 5.) vel ancipites, nempe pthocho et rvozo, quae vel ad chaldaismi analogiam, vel prout syllaba sive simplex fuerit sive composita, modo productius pronunciantur, ut ܦܝܓܢܐ *pigàno ruta*, ܓܒܐ *gbé electus*, ܝܬܒ *ithêbh sedit* cet. modo brevius, ut ܡܢ *man quis*, ܡܢ *men ex*. In vocibus tamen mere syriacis pthocho revera brevis est, respondens ubique Hebraeorum Chaldaeorumve patach et chatephpatach.

2. Ratione qualitatis dividuntur in variabiles seu puras, quae in finali vocis incremento abiici possunt; ut ܓܒܪ *vir*; pl. ܓܒܪܐ pro ܓܒܪܐ *viri*, ܡܠܟ *rex*, pl. ܡܠܟܐ *reges* cet. et invariabiles seu impuras, quae manent in finali vocis incremento.

Sunt autem invariabiles, in penultima syllaba simplici, seu per vocalem terminata, omnes in universum vocales; in ultima vero syllaba composita, regulariter nonnisi ܼ, ܸ, ܵ; at ܹ, et ܿ, ubi

medium radicalem geminatam implicant, ut ܐܬܪ emph. ܐܬܪܐ *locus*, ܥܠܡ pl. ܥܠܡܝܢ *saecula*, ܒܪ emph. ܒܪܐ *filius*; at ܪܘܫ pl. ܪܘܫܝܢ *egentes* ܟܬܒ pl ܟܬܒܐ *scripta*, ܙܥܘܪ pl. ܙܥܘܪܝܢ *parvi*; et ܩܕܝܫ pl. ܩܕܝܫܝܢ *sancti*, ܕܝܢ pl. ܕܝܢܐ *iudices*; ܙܒܢ pl. ܙܒܢܝܢ *tempora*, ܥܡܘܪ pl. ܥܡܘܪܐ *incolae*; ܕܘܒܪ pl. ܕܘܒܪܐ *conversationes*; ܥܡ emph. ܥܡܐ *populus*, ab עמם; ܓܦ emph. ܓܦܐ *ala*, a rad. ܓܦ pro ܓܦܦ.

Excipiuntur hic ܫܒܪ emph. ܫܒܪܐ, ܥܝܢ emph. ܥܝܢܐ *oculus*, ܝܘܡ emph. ܝܘܡܐ *dies*, et alia quaedam de quibus vide paradigmata nominum lib. II. cap. II. §. 11. Excipitur item ezozo super media rad. fut. peal. ut a ܬܦܩܘܕ *iubebis* m. fit ܬܦܩܘܕܝܢ *iubebis* fem. et ܬܦܩܘܕܘܢ *iubebitis*.

VII. Vocalibus apud Syros, ut apud Hebraeos, quatuor ista accidunt: 1. abiiciuntur, 2. assumuntur, ubi nullae erant aut esse debuerant, 3. invicem permutantur, et 4. transponuntur. De quorum singulis nunc sigillatim.

VIII. Vocalis ultima, in incremento vocis finali syllabico, minuendarum syllabarum caussa abiicitur, dummodo fuerit vocalis pura: ut ab absoluto ܒܪ fit emph. ܒܪܐ *filius*, a masc. ܦܩܘܕ

fem. ܦܳܩܕܳܐ *iubens* ; a ܢܶܦܩܽܘܕ *iubebit* pl. ܢܶܦܩܕܽܘܢ pro ܢܶܦܩܽܘܕܽܘܢ *iubebunt*. Dicimus autem

1. Vocalis ultima ; quia penultima regulariter est invariabilis, §. 6. 2.

2. In incremento finali syllabico, quia in incremento, quod syllabam nullam facit, vocalis ultima manet ; ut quum a rad. ܩܛܰܠ *occidit*, fit ܩܛܰܠܬ *occidisti*.

3. Minuendarum syllabarum caussa, quia si syllabarum numerus in vocibus nimis multiplicaretur, impeditior fieret oratio.

4. Dummodo fuerit vocalis pura, ob ea quae §. 6, 2. observavimus.

Excipitur tamen vocalis ultima imperativi singularis, alias pura, ante suffixa: ut Ex. 26, 31. ܥܒܶܕܝܗܝ *fac illud*, ab ܥܒܶܕ *fac* ; Ioh. 17, 5. ܦܰܨܳܝܢܝ *eripe me*, a ܦܰܨܳܐ *eripe* ; Luc. 11, 1. ܐܰܠܶܦܝܢ *doce nos*, ab ܐܰܠܶܦ *doce* ; Rom. 12, 20. ܐܳܘܟܶܠܝܗܝ *ciba eum*, ab ܐܳܘܟܶܠ *ciba*. Necnon cum ante suffixa tertia radicis littera in verbis et particulis, vocali vacua manet, ut Hebr. 13, 21. ܢܓܰܡܪܟܽܘܢ *consummabit vos*, ܢܓܰܡܰܪ ; Ioh. 12, 35. ܢܕܰܪܟܟܽܘܢ *adsequetur vos*, a ܢܕܰܪܶܟ ; Zeph. 2, 5. ܐܰܘܒܶܕܟܽܘܢ *perdam vos* ; Marc. 2, 14. ܒܳܬܰܪܝ *post me*. Phil.

3, 13. ܒܬܪܟܘܢ idem; Ioh. 18, 6. ܒܬܪܗܘܢ *post illos*; Apoc. 4, 6. ܒܬܪܗܝܢ *post illas*: quia tali in casu, nisi vocalis maneret, pronunciari non possent litterae. In 3. pers. plurali praeteriti, et 2. imperativi, generis feminini idem fit: ut ܦܩܕܝܢ *iusserunt* f. a ܦܩܕ *iussit*; ܫܒܚܝܢ *laudate* f. a masc. ܫܒܚ *lauda*; ܐܫܬܥܒܕܝܢ *subiectae estote*.

IX. Pro litteris vocali destitutis, ut commode pronunciari queant, vocalis assumitur.

1. In concursu duarum consonantium sine vocali, usitatissime ܰ assumitur: ut a ܫܡܝܐ *caelum*, cum praefixo ܒ fit ܒܫܡܝܐ *in caelo*; ab ܐܬܦܩܕ *iussus est*, adiecto ܬ, et abiecta ob incrementum finale vocali rvozo, fit ܐܬܦܩܕܬ *iussa est*; a ܦܠܓܘ *dimidium*, pl. ܦܠܓܘܬܐ. Quo pertinet, quum ex absoluto ܝܬܡ pro ܝܬܡ fit emph. ܝܬܡܐ *orphanus*. Secundo aliquando ܵ assumitur: ut a masc. ܦܩܕ fit fem. ܦܩܕܬ *iussit*; ab absoluto ܒܣܪ emphat. ܒܣܪܐ *caro*. Quo spectat, quum ex masc. ܝܠܕ pro ܝܠܕ fit fem. ܝܠܕܬ *peperit*. Deinde ante jud vocali destitutum sub praecedente consona, itidem vocali destituta, assumitur ܺ seu chvozo, in quo jud

quiescit : ut a ܙܢܝܐ *scortum*, fit ܙܢܝܬܐ pro ܙܢܝܬܐ; a ܓܒܝܐ *electa*, ܓܒܝܬܐ pro ܓܒܝܬܐ, ab ܥܪܘܩܝܐ *fuga*, ܥܪܘܩܝܟܘܢ *fuga vestra* Matth. 24. 20. a ܡܫܬܝܐ *potus*, ܡܫܬܝܟܘܢ *potus vester*, et ܡܫܬܝܗܘܢ *potus illorum*, Dan. 1, 10, 16. Sic ab hebr. מַעְיָן *fons* fit emphat. ܡܥܝܢܐ Marc. 5, 29. Ioh. 4, 6.

Excipe tamen participia passiva pael et aphel, in quibus secundum superius membrum assumitur pthocho : ut a ܡܫܡܠܝܐ fit emph. ܡܫܡܠܝܬܐ *perfecta* Iac. 1, 16. et a ܡܣܠܝܐ emph. ܡܣܠܝܬܐ *reiecta* Hebr. 6, 8. ut distinguantur a participiis activis earumdem coniugationum, ܡܫܡܠܝܬܐ *perficiens* fem. et ܡܣܠܝܬܐ *reiiciens* fem.

Porro ante terminationem status emph. femininorum ܬܐ, si praecedat ܘ sine vocali, adsumitur ܶ in quo ܘ illud quiescit : ut a ܚܕܘܐ fit emph. ܚܕܘܬܐ pro ܚܕܘܬܐ *gaudium* Ioh. 3, 29. et a ܚܝܘܐ emph. ܚܝܘܬܐ pro ܚܝܘܬܐ *bestia* Hebr. 12, 20. Sic et ante suffixa, dummodo illud ܬ adformativum habeat vocalem ; ut 1. Thess. 2, 20. ܚܕܘܬܢ *gaudium nostrum*, Matth. 13, 44. ܚܕܘܬܗ *gaudium eius*. Ast si ante suffixa illud ܬ formativum femininorum vocalem nullam habeat, praecedens ܘ vocalem pthocho assumit usitato modo, ut a

ܚܕܘܐ emph. ܚܕܘܬܐ *gaudium*, dicitur ܚܕܘܬܝ *gaudium meum*, et ܚܕܘܬܟܘܢ *gaudium vestrum* Ioh. 15, 11. Quinto ezozo item adsumitur in statu emphatico singulari nominum quorumdam femininorum, auctorum ab initio et fine: ut ܡܣܟܘܠܬܐ *lapsus*, ܬܕܡܘܪܬܐ *miraculum*, ܬܫܒܘܚܬܐ *gloria*, a ܡܣܟܠܐ, ܬܕܡܘܪܐ, ܬܫܒܘܚܐ. Sexto in medio vocis sub priori concurrentium litterarum, vocalis rvozo indifferenter vel adsumitur, vel omittitur, ut a ܡܕܒܚ *altare*, fit emphaticum ܡܕܒܚܐ vel ܡܕܒܚܐ; a ܡܗܝܡܢ *fidelis*, ܡܗܝܡܢܐ vel ܡܗܝܡܢܐ; a ܕܚܠܐ *timor*, ܕܚܠܬܐ vel ܕܚܠܬܐ, a ܡܫܡܠܝ *perfectus*, ܡܫܡܠܝܐ; plane ut apud Hebraeos indifferenter dicitur נהפכו et נהפכו cet. Si tamen posterior concurrentium litterarum sit ܐ, ante hanc sub illa necesse est adsumi rvozo; ut ܬܫܐܠܘܢ pro ܬܫܐܠܘܢ *petetis*; ܐܬܟܪܝ pro ܐܬܟܪܝ *male adfectus est*.

2. Assumitur etiam vocalis pro solitariis litteris sine vocali; et quidem pro ܐ, ܠ ante ܗ, nec non ܝ, initialibus, pro illis quidem pthocho vel rvozo, pro hac vero chvozo: ut ܐܟܠ pro ܐܟܠ *comedit*, ܐܟܘܠ pro ܐܟܘܠ *comede*; ܕܟܝܪ pro ܕܟܝܪ *recordatus est*; ܕܟܝܪܘ pro ܕܟܝܪܘ *recordamini*, ܝܠܕ pro ܝܠܕ

peperit; ܝܰܬܡ̈ܳܐ pro ܝܳܬܡ̈ܳܐ *orphanus*. Assumitur porro pro media radicali, in nominibus quibusdam ante ܘ terminatione plurali feminina vestitum, pthocho, ut ܪ̈ܥܰܘܳܬܳܐ pro ܪ̈ܳܥܘܳܬܳܐ *pastores*, a ܪܳܥܝܳܐ *pastor*; ܒܳ̈ܥܘܳܢ vel ܒܳ̈ܥܘܳܢ *preces*, a sing. ܒܳܥܘܳ.

X. Vocalis cum vocali commutatur: ut

1. ܰ, cum ܺ, sub praeformativis infinitivi et futuri peal verbis quibusdam 1. rad. gutturalis: v. g. ܠܡܺܐܡܰܪ pro ܠܡܰܐܡܰܪ *dicere*, ܢܺܐܙܰܠ pro ܢܰܐܙܰܠ *abibit*, ܐܺܚܶܐ pro ܐܰܚܶܐ, et hoc pro ܐܶܚܶܐ *vivam*.

2. ܶ creberrime, et ܳ aliquando mutatur, cum ܰ ante gutturalem vel ܪ: ut ܪܳܬܰܚ pro ܪܳܬܶܚ *fervens*; ܫܰܕܰܪ pro ܫܰܕܶܪ *misit*; ܒܰܝܰܐ pro ܒܰܝܶܐ *consolatus est*; ܐܰܪܫܰܥ pro ܐܰܪܫܶܥ *impie egit*; ܐܶܦܬܰܚ pro ܐܶܦܬܘܽܚ *aperiam*; ܫܡܰܥ pro ܫܡܘܽܥ *audi*. Contra in ܡܫܘܽܚ *metire*; ܢܶܟܦܘܽܪ *abnegabit* cet. manet ezozo; et in ܫܘܝܳܐ *aequalis* (Phil. 2, 6.) rvozo.

3. Skopho syllabae simplicis ܐ, mutatur in pthocho, si simplex illa transeat in compositam, hoc est, consona mobili terminatam, sive in se ipsa; mutato ܐ in ܬ, ut cum secundum cap. I. §. 9. 4. a ܚܶܟܡܬܳܐ fit constr. ܚܶܟܡܰܬ, *sapientia*, sive ex adsumpto ܘ sequentis pronominis ܗܘܽ in

unitatem syllabae, ut ܒܣܪܐ ܗܘ *besrau*, pro ܒܣܪܐ ܗܘ *caro est*.

XI. Vocales transponuntur: idque

1. In imperativo plurali masculino peal ante suffixa: ut ܙܩܘܦܘܗܝ *crucifigite eum*, ab absoluto ܙܩܘܦܘ *crucifigite*; et ad eius imitationem, ܫܡܘܥܢܝ *audite me*, etsi ab absoluto dicatur ܫܡܥܘ, non vero ܫܡܘܥܘ *audite*.

2. In verbo ܐܙܠ *abiit*, quoties media radicis debuerat esse sine vocali, toties ultima lomad ad eam remittit vocalem suam, ipsa otians: ut ܐܙܠܬ pro ܐܙܠܬ *abii*; ܢܐܙܠܘܢ pro ܢܐܙܠܘܢ *abibunt*.

3. In nominibus quibusdam formae ܩܘܕܫ *sanctitas*, in incremento finali syllabico; v. g. in statu emphat. ܩܘܕܫܐ pro ܩܘܕܫܐ; ܒܘܪܟܐ *genu*, et ܒܘܪܟܝܢ *genua*, ab absoluto sing. ܒܘܪܟ. Nec non in statu emphatico nominum quorumdam femininorum formae ܩܛܠܐ et ܩܛܠܐ, ut, emph. ܒܛܢܬܐ *gravida*, ܥܓܠܬܐ *vitula*, ab absolutis ܒܛܢܐ, ܥܓܠܐ.

4. In particulis quibusdam compositis: ut ܥܕܡܐܠ pro ܥܕܡܐܠ *hucusque*, ܥܕܡܐܕ pro ܥܕܡܐܕ *usque dum*; et

5. Generatim, quum ܐ et ܝ vocalem suam, illud quamlibet, hoc vero ܺ, ad praecedentem lit-

teram vocali vacuam remittunt. Vide supra cap. I. §. 7. 1. et 3.

CAPUT III.

De notis diacriticis.

I. Per notas diacriticas intelligimus reliqua post consonantes et vocales signa, quae accuratiorem distinctioremque efficiunt scriptionem et lectionem. Eas doctrinae de tono praemittimus, quia tonus integras voces, notae vero diacriticae litteras tantum et syllabas spectant. Sunt autem sequentes: ruchoch, kuschoi, ribbui, marhetono, megaghjono, linea occultans, praeter interstinctionum signa.

II. Ruchoch ܪܘܟܟ, seu lenitas, est punctum infernum, litteris ܒܓܕ ܟܦܬ subiectum, ad significandam illarum adspirationem, seu adspiratam pronunciationem, bh, gh, dh, ch, ph, th: ut ܣܒܪ (si sine punctis vocalibus scribatur) lege *sebhar*, *putavit*, non *sabar* vel *sabbar*, *adnunciavit*. Respondet lineae raphe Hebraeorum, ad easdem litteras בגדכפת relatae, v. g. Ex. 20, 13. לֹא תִרְצָח respectu versus.

III. Kuschoi ܩܘܫܝ durities, est punctum supernum, iisdem litteris ܒܓܕ ܟܦܬ superimpositum, ad tollendam de illis adspirationem, ut

legantur tamquam tenues, b, g, d, c, (seu k) p, t: ut ܣܒܪ, sine punctis vocalibus scriptum, lege *sabar* vel *sabbar*, *adnunciavit*, non vero *sebhar*, *putavit*.

Observa. 1. Eadem litterarum ܒܓܕܟܦܬ, sine vel cum adspiratione legendarum, lex est, ac apud Hebraeos, et multo magis apud Chaldaeos, ut ܡܠܟܐ *rex*, *malco*, at pl. ܡܠܟܝ ܡܠܟܐ ܡܠܟܝܢ *reges*, lege *malchai*, *malche*, *malchin*; quia chaldaice scribuntur, illud מַלְכָּא, haec vero מַלְכִין מַלְכֵי מַלְכַיָּא. Sic ܡܠܦܢܐ *doctor*, non *malpono*, sed *malphono*, chald. מַלְפָנָא idem.

2. Aliis quoque litteris punctum solitarium vel subiectum, vel superimpositum, diversam illarum lectionem notat: ut ܗܘ sine vocali scriptum, lege ܗܘ, ast ܗܘ valet ܗܘ; ܐܝܕܐ est ܐܝܕܐ *manus*, ast ܐܝܕܐ lege ܐܝܕܐ *quaenam*? ܥܒܕܐ est ܥܒܕܐ *servus*, ast ܥܒܕܐ est ܥܒܕܐ *opus*. In primis vero punctum, suffixo ܗ impositum, respondet *mappik* Hebraeorum, notans femininum, ut ܠܗ est ܠܗ *ei* in feminino, ad differentiam ܠܗ *ei* in masculino, ܫܡܗ *nomen illius*, feminae, at ܫܡܗ *nomen illius*, viri.

3. Habent et alios usus ista vel inferna vel superna puncta, quos vero explicare supersede-

mus, quum in punctatis ut plurimum libris fere negligantur, aut exiguae sint utilitatis.

4. Dagesch forte, seu notam geminationis litterarum, non habent Syri. Utut autem signo careant, tamen signatum, hoc est, geminationem litterarum habent, eamque vel, primum characteristicam in coniugationibus pael et ethphaal, earumque derivatis; ut ܦܩܶܕ *pakked*, praecepit, ܐܶܬܒܰܛܰܠ *ethbattal*, abolitus est, ܓܰܢܳܒ *gannobh*, *fur*, cet. ad analogiam in primis chaldaicam, qua scribitur פַּקֵּד, אִתְבַּטַּל, גַּנָּב. Secundo compensativam elisae litterae, scilicet prim. radicalis defectivae; v. g. ܐܶܦܽܘܩ *ephuk* pro ܐܶܢܦܽܘܩ *exibo*, a ܢܦܰܩ *exiit*; ܬܶܕܰܥ *teddah* pro ܬܶܝܕܰܥ *cognosces*, ab ܝܺܕܰܥ *cognovit*; ad analogiam chald. אַפֵּק et תִּדַּע idem. Necnon 2. rad. geminatae, quae excidens compensatur, idque in sequente littera, ut ܥܶܠܰܬ *ellath* pro ܥܶܠܠܰܬ *ingressa est*, ad instar chald. עַלַּת idem, ab ܥܰܠ pro ܥܰܠܠ *ingressus est*; vel in praecedente, ut ܐܶܕܶܩ *addek* pro ܐܶܕܩܶܩ *comminuit*. Vide lib. III. cap. I. §. 20. Vel denique 3. rad. defectivae; ut ܓܦܶܬܳܐ *gephettho*, pro ܓܦܶܢܬܳܐ *vitis*; emph. ܚܕܰܬܳܐ *chedhattho*, pro ܚܕܰܬܬܳܐ *nova*.

Nota. Quia igitur Syri explicitum gemina-

tionis signum non habent, aliquando litteram, apud Hebraeos et Chaldaeos dagesch forti adficiendam, bis scribunt: ut ܐܬܬܚܕ, chald. אִתַּחַד *comprehensus est*; ܐܬܬܣܝܡ, chald. אִתַּשַּׂם vel אִתַּשִּׂים *positus est*; ܥܡܡܐ, chald. עַמְמַיָּא, hebr. עַמִּים cet. servandae originis et distinctionis caussa.

IV. Ribbui ܪܒܘܝ, multiplicatio, est geminum punctum supernum, horizontaliter scriptum, notando numero plurativo, vel collectivae singularium significationi: ut ܕ̈ܚܫܐ *ministri*; Ioh. 4, 35. ܡܛ̈ܝ *pertigerunt*, 3. plur. fem. at ܡܛܝ *pertigit*, 3. sing. masc. Luc. 24, 1. ܐܝܬ̈ܝ *attulerunt*, et ܛܝ̈ܒܝ *paraverunt*, 3. plur. fem. praet. ad differentiam ܛܝܒܝ *para*, 2. sing. fem. imperat. et ܐܝܬܝ *attulit*, Matth. 27, 51. ܐܨܛܪ̈ܝ *ruptae sunt*, at ܐܨܛܪܝ *ruptus est*; Luc. 19, 42. ܐܬܟܣ̈ܝ *contectae* seu *contecta sunt*, at ܐܬܟܣܝ *contectus est*: ܥ̈ܢܐ *grex ovium* seu *oves*, at ܥܢܐ *ovis*; ܐ̈ܢܫܐ *hominum genus* seu *homines*, at ܐܢܫܐ *homo*. Vide Ioh. 4, 12. 30. cap. 6, 10. 14. cap. 10, 1. 2. 3. seq. Sic Hebr. 7, 13. sec. edit. Polygl. ܕܐܬܐܡܪ ܥܠܘܗܝ ܗ̈ܠܝܢ *de quo dictum est*

(impersonaliter) *haec*, quia ܐܬܐܡܪ̈ idem est ac ܐܬܐܡܪ̈ܝ *dicta sunt*.

Nota. Signum ribbui per scribendi compendium coalescit cum puncto diacritico risch; ut ܥܪ̈ܒܐ *oves*, ܪ̈ܓܠܐ *pedes*; et cum superno puncto vocalis pthocho, ut secundum Gutbier. Matth. 7, 25. ܫܬܐ̈ܣܘܗܝ *fundamenta eius*.

V. Marhetono ܡܪܗܛܢܐ, *cursor*, est lineola superna horizontalis significans,

1. Litteram istam, cui imposita est, legi sine vocali: ut ܙܕܩܬܐ *zedktho*, *eleemosyna*, ܥܙܩܬܐ *annulus*, ܒܗܬܬܐ *pudor*, ܡܠܟܬܐ *regina* ܢܚܛܦܘܢ *rapient*, cet. cum ceteroquin in tali litterarum concursu vocalis indifferenter vel adsumi vel omitti possit, ut supra diximus cap. II. 1.

2. Significat scriptionis compendium, seu abbreviaturam, ut ܫܘ pro ܫܘܒܚܐ *gloria*. Quale probabiliter est Ioann. 8, 7, ܕܐܝܬܘ sec. edit. Angl. et Gutbier. pro ܕܐܝܬܘܗܝ *quis est*, quod habet editio Schaafii.

3. Wau quiescens in ܐܘ *o*! ad differentiam ܐܘ *aut*, in quo wau diphthongescens cum praecedenti vocali est mobile; coll. Matth. 15, 28. cum cap. 12, 22.

VI. Mehagjono ܡܗܓܝܢܐ, syllabarum coagmentator, est lineola horizontalis inferna, contrarium eius, quod Marhetono §. 5. 1. notat, nempe concurrentibus duabus in medio vocis litteris, quae vocalibus carere poterant, priorem per rvozo moveri: ut ܡܫܡܠܝܐ *perfectus*, ܕܚܠܬܐ *timor*, ܡܕܢܚܢܐ *oriens*, ܡܗܝܡܢܐ, *fidelis*, ܡܫܟܒܐ *lectus*, ܡܛܥܝܢܐ *seductor*, ܡܩܪܒܢܐ *bellator*, ܕܒܚܬܐ vel ܕܒܚܬܐ *victima*, ܡܪܘܝܢܐ *inebrians*.

Otiosum utrumque signum, tum superius illud marhetono, tum praesens mehagjono, cum vocalis ipsa simul extet; nisi forte indicet, illud quidem, consonam pronunciari sine vocali, nec tamen sine sono rapidae ac velut dimidiatae vocalis; hoc vero, pronunciari eam cum vocali, sed rapida illa ac dimidiata: plane ut Hebraei et יַחְמְלוּ dicunt, et יַחֲמְלוּ. Passim, ut exigui usus, ambo signa omittuntur.

VII. Lineola, occultans dicta, eandem cum praecedente mehagjono, et figuram et situm habet. Notat autem, litteras, quibus subiecta est,

1. Aut plane non efferendas esse, utpote otiantes, et vel servandae originis vel differentiae caussa expressas; idque primum in vocum initiis: quo pertinet ܐ *olaph*, in ܐܚܝܢ *chjon*, *cognatus*, ܐܚܝܢܬܐ *cognata*, ܐܚܝܢܘܬܐ *cognatio*; ܐܚܪܢܝ et ܐܚܪܝ-

alius, ܐܚܪܢܐ et ܐܚܪܢܝܬܐ *alia*, ܐܚܪܝܐ et ܐܚܪܝܢܐ *ultimus*, ܐܚܪܝܬ et ܐܚܪܢܐܝܬ *postremo*; ܐܢܫ *homo*, ܐܢܫܘܬܐ *humanitas*, ܐܢܫܝܐ *humanus*, ܐܢܫܐܝܬ *humaniter*; ܐܪܙ *arcanum*. Item in ܐܢܐ *ego*, quoties id vel sibi ipsi, vel aliis vocibus subiectum, vicem gerit verbi substantivi *sum*: ut ܐܢܐ ܐܢܐ *ego sum*, ܚܙܐ ܐܢܐ *videns sum*, i. e. *video*. Vid. lib. II. cap. III. §. 21. 1. (Idem fit in nominibus graecis, quae in syriaca lingua interdum ab initio vocis litteram ܐ assumunt: quod ܐ cum vocalem non accipit, occultatur, etsi linea occultans non subiiciatur, ut ܐܣܛܘܟܣܐ *stukse*, στοιχεῖα, ܐܟܣܢܐ, ξένος.)

Huc etiam pertinet ܗ *he*, in pronominibus separatis, ܗܘ *ille* et ܗܝ *illa*, quae si cum praecedente voce in pronunciatione coniungantur, vocalem suam ad praecedentis vocis ultimam litteram mobilem (si haec propria vocali destituta sit) remittunt; ut ܠܝܛ ܗܘ *litu*, pro ܠܝܛ ܗܘ *maledictus ille sit*, ܡܢ ܗܝ *mani*, pro ܡܢ ܗܝ *quaenam illa est?* ܕܒܗ ܗܘ *debhehu*, pro ܕܒܗ ܗܘ *in quo est*, ܒܣܪܝ ܗܘ *besru*, pro ܒܣܪܝ ܗܘ *caro mea est*; sin vero praecedens vox terminetur in vocalem, eadem pronomina, abie-

cta vocali propria, suum ܘ et ܝ cum praecedentis vocis ultima vocali faciunt diphthongescere; ut ܩܫܐ ܗܘ *kescheu*, pro ܩܫܐ ܗܘ *durum est*, ܗܕܐ ܗܝ *hodoi*, pro ܗܕܐ ܗܝ *haec est*: ita tamen ut ultima vocis praecedentis vocalis ܳ seu skopho, mutetur in ܶ seu pthocho; ut ܐܢܐ ܗܘ *enau*; pro ܐܢܐ ܗܘ *ego sum ille*; ܒܣܪܐ ܗܘ *besrau*, pro ܒܣܪܐ ܗܘ *caro est*. Unde et in scribendo voces in unam saepe coalescunt, per synaeresim: ut ܐܝܟܘ pro ܐܝܟܐ ܗܘ *ubi est* ܐܝܢܘ pro ܐܝܢܐ ܗܘ *quisnam est?* ܗܢܘ pro ܗܢܐ ܗܘ *hic est*. Vid. lib. II cap. III. §. 21. 1. 2.

Idem fit in verbo substantivo ܗܘܐ *fuit*, si quidem id cum praecedente voce, vel ipso secum in pronunciatione coniungi debeat: ut ܠܐ ܗܘ ܗܘܐ *non ipse erat*, ܗܘܐ ܗܘܐ *hewo wo*, *fuit fuit*, id est fuerat. Contra, in commatis initio legitur: ut Ioh. 1, 6. ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ *hewo barnoscho*, *erat homo*.

2. Haec lineola aliquando adhibetur ad indicandum similiter litteram occultari in medio vocum. Quo spectat media radicis geminata, in incremento finali, v. g. ܓܠܠܐ *fluctus*, ܡܢܝܢܐ *man-*

na, ܥܡ̈ܡܐ *populi*, ܡܛܠܠܝܢ *obumbrantes*, ܡܡܠܠܐ *loquela*, quasi pro מטלין et ממלא, haec vero pro מטללין et ממללא: quae legenda sunt *galle*, *mattlin*, *mammlo*, *manno*. Nempe in his media rad. occultatur: in compensationem vero eius geminatur vel ultima, si prima vocalem habeat, vel prima, si haec vacua vocali sit.

3. Eandem lineam recipiunt sequentes litterae in nonnullis casibus; nempe primum ܕ sine vocali, ante cognatam ܬ; ut ܚܕܬܐ *novus*, et ܥܕܬܐ *coetus*, lege *chatto* et *itto*, pro *chadto* et *idto*, ad instar lat. *attero*, *attingo*, pro *adtero*, *adtingo*. Porro ܗ cum in suffixis, v. g. ܐܒܘܗܝ *abui*, *pater eius*, ܐܝܕܘܗܝ *idau manus eius*, ܩܪܝܗܝ *kroi*, *vocavit eum*, ܐܦܩܘܗܝ *appkui*, *eiicite eum*: tum in verbo ܝܗܒ *jabh*, pro ܝܗܒ *ihabh*, *dedit*; tum in propriis, ܪܗܘܡܝ *Roma*, et ܝܗܘܕܝܐ pro ܝܗܘܕܝܐ *Iudaeus*. (In his vocibus ܗ pro spiritu aspero scribi Hoffmannus Gram. Syr. §. 27. animadvertit.) Deinde ܘ, in ܫܘܘܕܝܐ *promissio*, cet. de quibus supra, cap. I. §. 7. 2. (Plerique grammatici hoc ܘ occultari dicunt, rectius vero otiari dicendum cum linea occultans

nusquam subscripta inveniatur.) Quarto ܠ, in verbo ܐܙܠ *abiit*, quoties id per analogiam flexionis debuerat instrui vocali, media vero radicis vocali vacua esse: tum enim occultatur, remissa ad mediam vocali sua. Ut ܐܙܠܬ *ezath*, pro ܐܙܠܬ *ezlath*, *abiit*; ܢܐܙܠܘܢ *nizun*, pro ܢܐܙܠܘܢ *nizlun*, *abibunt*. Vide supra, cap. II. §. 11. 2. Ast idem verbum, quum prodesse significat, regulare est. Denique ܝ, in pronomine ܐܢܬ, ܐܢܬܝ ܐܢܬܘܢ ܐܢܬܝܢ *tu* et *vos*; participio ܐܡܝܬܐ *emta*, et nominibus ܣܦܝܢܬܐ *navis*, ܡܕܝܢܬܐ *urbs*, ܡܣܟܝܢܬܐ *inops*, ܚܝܠܬܢܐ *potens*, ܚܝܠܬܢܘܬܐ *potentia*, ܫܢܬܐ *annus*.

4. Lineola occultans indicat litteras sine vocali efferendas esse; quo pertinet primum media radicis in imperativo ethpeel verborum perfectorum, quin (ut Schaafius praef. in n. test. syriacum a se editum arbitratur) etiam in ethpaal: verb. gr. in ethpeel col. 3, 20. 22. ܐܫܬܡܥܘ *obedite*; cap. 4, 2. ܐܬܐܡܝܢܘ *perseverate*; et in ethpaal 2. Thess. 2, 15. ܐܬܩܝܡܘ *stabilimini*, ab ܐܬܩܝܡ *stabilitus est*; 1. Petr. 4, 1. ܐܙܕܝܢܘ *armamini*; 2. Tim. 2, 1. ܐܬܚܝܠ *confortare*; Eph. 6, 10. ܐܬܚܝܠܘ *confortamini*, ab ܐܬܚܝܠ *confortatus est*.

Sic in ipsis quadrilitteris reperimus quidem Rom. 12, 2. ܐܶܬ݂ܚܰܠܰܦܘ *transformamini*, ab ܐܶܬ݂ܚܰܠܰܦ *transformatus est*; et tamen, qui legi possit lomad sine vocali *estachlph*, vix perspicimus. Unde suspicamur, in tali casu, si quando mediae radicali in imperativo subiicitur occultans linea, ibi eam non notare litterae pronunciationem sine vocali, sed tantum diacriticam esse pro discernendo imperativo a praeterito: in primis cum alicubi expressa reperiatur vocalis, ut col. 3, 18. ܐܶܫܬܰܥܒܰܕܶܝܢ *subiectae estote*. Vide infra, lib. II. cap. I. §. X. 4. (Hanc Michaelis coniecturam confirmat Hoffmannus in Gram. Syr. §. 21. ubi plura alia profert exempla in quibus vocalis exprimitur; atque etiam Syrorum utitur auctoritate qui litteram hic occultari non admittunt.)

Porro huc spectat ܪ in imperativo ܪܗܛ pro ܪܗܰܛ *curre*, a ܪܗܶܛ *cucurrit*. Vide eumdem Schaafium in lex. syr. sub illa radice; et nos, supra, cap. I. §. 10. 1.

5. Denique haec lineola indicat primam radicalem ܥ, mollius tantum efferendam esse, ut ܐ quod fit, ubi secunda radicis est ܗ: ut ܥܗܰܕ *meminit*; ܥܗܰܢ *profuit*, ܥܗܰܪ *lascivus fuit*. Unde hujusmodi ܥ iisdem, quibus ܐ, adfectionibus subiacet. Vide cap. I. §. 3. 4. et cap. II. 2, 1. cf. exempla Luc. 1, 72. ܘܠܡܥܗܰܕ, Ioann. 14, 26. ܢܥܗܶܕ cap. 15. 26. ܢܥܗܶܕ

(Nota . Lineola, quam occultantem in hoc et antecedente num. Michaelis esse arbitratur, alii grammatici diacriticam vocant. Et cum litterae quibus subiicitur proferantur, non occultentur, immerito linea, occultantis nomine in his casibus insigneretur.)

VIII. Puncta distinctionis apud Syros sunt: unum et solitarium omnibus fere distinctionibus inserviens ; duo in sinistram inclinata ⁖, comma et semicolon ; at in dextram versa ⁚, colon aut interrogationem (cui et tria adhibent) praestare creduntur. Periodum denique quatuor ⁘ vel :: absolvunt. Et tamen, iudice Cellario in Porta Syriae pag. 9. eorum differentia non satis liquida est. Appendicis loco monemus, scheva Hebraeorum tam simplex, quam compositum, apud Syros non scribi, sed subaudiri.

CAPUT IV.

De tono vocum.

I. Tonus vocum ordinarie est in syllabarum penultima : ut ܡܰܠܟܳܐ *malko*, *rex* ; ܡܰܠܟ̈ܶܐ *malche*, *reges* ; ܛܽܘܪܳܐ *turo*, *mons* ; ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ *malchutho*, *regnum* ; ܟܽܘܬܺܝܢܺܝܬܳܐ *cuthinitho*, *tunica*.

II. At ultimam acuunt,

1. Quae terminantur consona mobili sine vocali : ut ܪܳܬܰܚ *rothach*, fervens ; ܐܺܬܶܒ *ithebh*,

habitavit; ܡܰܠܟ݂ܺܝܢ *malchin*, reges; ܓܶܒ݂ܽܘܪܳܘܢ *gbhuron*, fortitudines.

2. Quae apocopen ܬ adformativi feminini passa, terminantur in ܘ vel ܝ: sive sint nomina, ut ܡܰܠܟܽܘ *malchu*, *regnum*; ܩܳܪܺܝ *kori*, *trabs*, sive infinitivi, ut ܡܶܫܬܰܘܬܳܦܽܘ *meschautophu*, *communicare.*

III. Quid vero ratione toni sentiendum de illis vocibus, in quibus, secundum cap. III. §.6. concurrentes in medio vocis duae consonantes sine vocali, vocalem rvozo adsumunt, cum adscripto *mehagjono*? v.g. ܡܰܕܶܢܚܳܐ, ܡܫܰܡܶܠܝܳܐ, ܕܶܚܶܠܬܳܐ cet. Non legenda sunt, *meschaméljo*, *dechélto*, *madéncho*; sed *meschámeljo*, *déchelto*, *máden-cho*: scribuntur enim et sine intermedio ܶ indifferenter, ܕܶܚܠܬܳܐ, ܡܰܕܢܚܳܐ, ܡܫܰܡܠܝܳܐ, quae sine dubio leguntur, *meschámljo*, *déchltho*, *mádncho*. Haberemus igitur in hujusmodi vocibus exempla, in quibus antepenultima syllaba acueretur. Sed nimirum assumta in his exemplis vocalis ܶ raptim, nec ut plena vocalis, pronunciatur: ac proinde nec syllabam, completam saltem, facit. Quo posito, exempla ista suo modo penacutis (de quibus §. 1.) accenseri possunt, proinde ac hebr. נַֽעַמְדָה pro נַעַמְדָה Esa. 50, 8. cum ceteroquin et apud Hebraeos tonus nunquam in antepenultima sit.

GRAMMATICAE SYRIACAE

LIBER II.

DE ACCIDENTIBUS ET PARADIGMATIBUS PARTIUM ORATIONIS.

CAPUT I.

De paradigmatibus verborum.

I. Partes orationis apud grammaticos orientales constituuntur tres, verbum, nomen, particula. Nempe participium partim ad verbum, quatenus agentem, partim ad nomen, quatenus actorem notat, referunt; pronomen vero, adverbium, praepositionem, coniunctionem et interiectionem, sub particula comprehendunt.

II. Et paradigmaticae quidem tractationis initium cum Arabum grammaticis merito facimus a verbo: utpote a quo, ceu primitivo, nomen et particula, maximam partem derivantur.

III. Considerabimus autem verbum ratione speciei, qualitatis, coniugationis, modi, temporis, numeri, personae, generis, et flexionis.

IV. Ratione speciei verbum est vel primitivum, vel derivativum. Primitivum vocatur radix, quae, ut apud Hebraeos, ita hic quoque est tertia persona singularis masculina praeteriti primae coniugationis. Constat autem tribus litteris; sive explicite, ut ܩܛܰܠ *occidit*; sive implicite, ut ܩܳܡ pro

ܩܘܡ *surrexit*, ܓܫ pro ܓܫܫ *contrectavit*.

Ad derivativa referimus quoque quadrilittera, utpote a trilitteris orta. Oriuntur vero,

1. Per geminationem unius alteriusque litterae radicalis, ut ܪܘܡܪܡ *exaltavit*, a ܪܘܡ *altus fuit*; ܡܪܡܪ *exacerbavit*, a ܡܪ pro ܡܪܪ *amarus fuit*; ܐܛܦܛܦ *fumigavit*, a chald. טפא *extinctus est*; ܝܐܒ, unde ܐܬܝܐܒ *cupivit*, ab hebr. יאב idem: ܪܘܪܒ *magnificavit*, pro ܪܒܪܒ ab hebr. רבב *multus* vel *magnus evasit*.

2. Oriuntur etiam per adiectionem litterae, quod fit variis rationibus. Per prosthesin ab initio, ut ܗ in ܗܝܡܢ *credidit*, ab ܐܡܢ, unde ܐܡܝܢ *stabilis*; ܫ in ܫܩܒܠ, unde ܐܫܬܩܒܠ *adversatus est*, a ܩܒܠ *obvius* s. *contrarius fuit*. ܫܪܗܒ *acceleravit*, a ܪܗܒ aphel. ܐܪܗܒ idem; ܫ in ܫܒܗܪ *glorificavit*, ab hebr. בהיר *lucidus*; ܫܘܕܝ *confessus est*, *promisit*, ab ܝܕܐ aph. ܐܘܕܝ idem; ܫܘܕܥ *notum fecit*, ab ܝܕܥ aph. ܐܘܕܥ idem; ܫܘܚܕ *desolare*, ab hebr. יחיד *unicus*, *solitarius*; ܫܘܚܪ *tardavit*, ab ܐܚܪ aph. ܐܘܚܪ idem; ܫܘܫܛ *extendit*, ab ישט hiph. הושיט syr. ܐܘܫܛ

idem ; ܫܲܚܠܶܦ *mutavit*, a ܚܠܦ aph. ܐܲܚܠܶܦ idem ; ܫܲܟܠܶܠ *perfecit*, ab hebr. כלל idem ; ܫܲܠܗܶܒ *inflammavit*, ab hebr. לַהַב *flamma* ; ܫܲܡܠܝ *implevit*, a ܡܠܐ *plenus fuit*, ܫܲܥܒܶܕ *servire fecit*, ab ܥܒܕ *operatus est* ; hebr. עָבַד *servivit* ; ܫܲܥܠܝ *exaltavit*, ab ܥܠܐ pa. ܥܲܠܝ idem ; ܫܲܪܬܲܚ *abundare fecit*, a ܪܬܚ *ebullivit*. Sic quadrilitteris aliis additum, facit quinquelittera : ut ܐܶܫܬܲܪܥܒ *pellectus est*, ab ܐܶܬܪܥܒ idem.

ܬ in ܬܲܠܡܶܕ *docuit*, ad hebr. לָמַד *didicit* ; ܬܲܪܓܶܡ *transtulit*, ab hebr. רגם *transmisit*, *transfudit* ; ܬܲܘܚܲܪ *tardavit*, ab ܐܘܚܪ idem.

3. Oriuntur per epenthesin in medio, ut ܘ in ܓܘܙܠ *inflammavit*, ab hebr. גָּזַל *abripuit* ; ܓܘܪܪ *ruminavit*, a ܓܪܪ *traxit* ; ܫܘܓܪ *exonerare fecit*, a chald. שְׁגַר *emisit* ; ܫܘܙܒ *eripuit*, a chald. שֵׁיזִב idem ; ܫܘܬܦ *communicavit*, a chald. שְׁתַף idem. ܢ in ܣܲܢܒܲܪ *sustinuit*, a chald. סְבַר idem ; ܫܲܚܡܶܢ *acceleravit*, a ܚܡܢ *caluit*. ܡ in ܣܲܡܣܶܡ *sustinuit*, a ܣܡܢ *robustus fuit*. ܦ in ܒܬܲܪܦ idem quod ܒܬܲܪ *post*. ܪ in ܨܪܒܐ *voluit*, ab

ܟܪܟܠ idem; ܟܪܙܠ *implicuit*, ab ܟܙܠ *nevit*; ܟܪܘܡܠ *contorsit*, ab ܟܘܡܠ idem.

4. Denique oriuntur per paragogen in fine, ut ܦܪܣܡ *publicavit*, a ܦܪܣ *expandit*; ܫܓܢ i. q. ܫܓܐ *mutavit*; ܫܚܪܢ *obfuscavit*, a ܫܚܪ *denigravit*. ܫܘܪܢ ethpaal ܐܫܬܘܪܢ *superbivit*; a ܫܘܪ chald. שׁוּר idem; ܬܚܬܢ *humiliavit*, a ܬܚܬ *infra*; forte et ܬܘܪܣܢ *cibavit*, quamquam eius trilitterum non extet amplius.

V. Ratione qualitatis verbum est vel regulare; v. g. ܩܛܠ *occidit*; vel irregulare; et hoc 1. gutturale, in quo aliqua litterarum gutturalium ܐܗܚܥ vel ܪ anomaliam facit, ut ܪܬܚ *ebullivit*; 2. quiescens, in quo est aliqua quiescentium ܐܘܝ, sive ab initio, ut ܐܟܠ *comedit*, ܝܠܕ *peperit*; sive in medio, ut ܩܡ *surrexit*; sive in fine, ut ܓܠܐ vel ܓܠܝ *revelavit*; 3. defectivum 1. rad. ܢ, ut ܢܦܩ *exiit*; 4. geminatum media rad. ut ܒܙ pro ܒܙܙ *praedatus est*; et 5. quadrilitterum, ut ܓܘܙܠ *inflammavit*. Sunt et dupliciter regularia: ut ܐܠܐ *eiulavit*, ܝܡܐ *iuravit*, ܕܪܐ *liti-*

gavit, ܐܡܟܟ *humiliavit*. Quin et formas suas saepe permutant irregularia, eodem aut cognato saltem manente significatu, ut ܐܠܦ et ܝܠܦ *didicit* ܐܫܕ *effudit* et ܫܕܐ *iecit*; ܐܠܠ et ܝܠܠ aph. ܐܝܠܠ *eiulavit*; ܪܒ, ܪܒܐ, ܝܪܒ *auctus est*, *crevit* ܓܪ et ܢܓܪ *traxit*; ܫܡܗ et ܫܡܝ *nominavit*.

VI. Coniugationes sunt sex; tres activae, totidemque iis respondentes passivae: peal et ethpeel, pael et ethpaal, aphel et ettaphal. Quarum notamus,

1. Significationem, quam simplicem habent peal et ethpeel, ut Hebraeorum coniugationes kal et niphal, prior activa, altera passiva; intensam vero, ac (si quidem peal intransitiva fuerit) transitivam, peal et ethpaal, illa activam, haec passivam, convenientes cum Hebr. piel et pual; transitivam, eamque vel in secundum, vel in tertium subiectum (prouti peal vel intransitiva vel transitiva fuerit); aphel, et ettaphal, illa activam, haec passivam, convenientes cum Hebr. hiphil et hophal. Reciproca autem actio, quam Hebraeorum hithpael valet, apud Syros vel per passivas coniugationes exprimitur; ut ܐܙܕܗܪ *cautus fuit*, pro *cavit sibi*; vel per activam cum adiecto nomine suffixo, ut ܦܪܘܩ ܢܦܫܟ *libera animam tuam*, i.e. te ipsum.

2. Notabimus formam et characterem. Nempe peal simplicem radicem exhibet ܩܛܰܠ; a qua formatur ethpeel, adiecta syllaba praeformativa ܐܶܬ, mutataque vocali mediae radicis in rvozo, (nisi ultima gutturalis obsit, sec. lib. I. cap. II. §. 10,2.) ܐܶܬܩܛܶܠ: pael sub 1. rad. pthocho et sub 2. rad. (quam et ad analogiam chaldaismi קַטֵּל vel קִטֵּל geminare fas est) rvozo, ܩܰܛܶܠ; a qua, mutato rvozo in pthocho, et praemisso ܐܶܬ, deducitur ethpaal, ܐܶܬܩܰܛܰܠ: a peal formatur aphel, praemisso ܐ praeformativo, et mutato pthocho in rvozo, ܐܰܩܛܶܠ; et ab hac denique, praemisso ܐܶܬ, ac mutato rvozo in pthocho, efformari debuerat ettaphal ܐܶܬܐܰܩܛܰܠ, pro quo vero dicitur ܐܶܬܬܰܩܛܰܠ, mutato olaph praeformativo aphel in thau, sec. lib. I. cap. I. §. 9, 4.

Nota. Coniugatio ettaphal in verbis perfectis ac regularibus nullum (quod nos quidem meminerimus) exemplum habet: unde et cl. Schaafius in praef. lexici syr. fatetur, eam rarioris usus, nec agnitam fuisse a grammaticis et lexicographis prioribus, Masio, Wasero, Boderiano, Buxtorffio, Schindlero, Crinesio, Trostio. In imperfectis tamen ac irregularibus verbis, quan-

quam perraro, adhibetur: ut ܐܬܬܘܣܦ *additus est* Matth. 6, 33. cap. 25, 29. Marc. 4, 24. Luc. 12, 31. Act. 2, 41. cap. 11, 24. ܐܬܬܪܡܝ *deiectus est*, Apoc. 12, 9. 10. 13. cap. 19. 20. cap. 20, 10. 14. 15.

Raritas coniugationis ettaphal inde est, quod Syri verba passiva, activis in aphel respondentia, solent ut plurimum exprimere in ethpeel: ut ab ܐܫܠܡ *tradidit*, ܐܫܬܠܡ *traditus est*; ܐܚܙܝ *videre fecit*, *ostendit*, ܐܬܚܙܝ *ostensus est*; ܐܓܥܠ *commendavit*, ܐܬܓܥܠ *commendatus est*, ܐܣܡܟ *discumbere fecit*, ܐܣܬܡܟ *discumbere factus est*; ܐܘܕܥ *notificavit*, ܐܬܝܕܥ *notificatus* s. *manifestatus est*; ܐܪܝܡ *exaltavit*, ܐܬܬܪܝܡ *exaltatus est*; ܐܫܐܠ *commodavit*, ܐܫܬܐܠ *commodatus est*, seu *commodatum accepit*. Quin in verbis med. rad. ܘ, ethpeel et ethpaal hanc ipsam ob caussam forma coincidunt. Denique quadrilittera in duabus tantum coniugationibus flectuntur, nempe activa in pael, passiva in ethpaal; ut ܪܘܪܒ *magnificavit*, ܐܬܪܘܪܒ *magnificatus est*.

VII. Modi sunt tres, indicativus, (qui et subiunctivum, et graecum optativum, una comprehendit) infinitivus et imperativus. De enallage indicativi loco imperativi, et huius per participium

aut adiectivum, verbo substantivo ܗܘܳܐ *fuit* iunctum, periphrasi, vide syntaxin lib.III. cap.I. §. 14.

VIII. Tempora apud Syros eadem quae apud Hebraeos sunt: praeteritum perfectum, futurum, et quod praesentis vicem sustinere potest, participium. Reliqua vero tempora, ut sunt imperfectum et plusquamperfectum, Syri circumscribunt. Nempe

1. Praesens tertiae personae per participium nudum exprimitur; ut ܩܳܛܶܠ *interficiens* est, seu *interficit*, ܩܳܛܠܺܝܢ *interficientes* sunt, *interficiunt*; ܡܶܬܩܛܶܠ *interfectus* fit, *interficitur*, ܡܶܬܩܰܛܠܺܝܢ *interfecti* fiunt, *interficiuntur*: at primae et secundae, per participium cum adiecto pronomine ego, tu, nos, vos; ut ܩܳܛܶܠ ܐ̱ܢܳܐ *interficiens ego* sum, pro *interficio*, ܩܳܛܶܠ ܐ̱ܢ̄ܬ vel per crasin ܩܳܛܶܠܬ *interficis* m. ܩܳܛܠܳܬܝ *interficis* f. ܩܳܛܠܺܝܢ ܚܢܰܢ vel ܩܳܛܠܺܝܢܰܢ *interficimus*, ܩܳܛܠܺܝܢ ܐ̱ܢ̄ܬܽܘܢ vel ܩܳܛܠܺܝܬܽܘܢ *interficitis* m. ܩܳܛܠܳܢ ܐ̱ܢ̄ܬܶܝܢ vel ܩܳܛܠܳܬܶܝܢ *interficitis* f.

2. Imperfectum praeteritum circumscribitur per participium adiecto praeterito verbi substantivi ܗܘܳܐ *fuit*: ut ܩܳܛܶܠ ܗ̱ܘܳܐ *interficiens fuit*, pro *interficiebat*, ܩܳܛܠܺܝܢ ܗ̱ܘܰܘ *interficientes fuerunt*, pro *interficiebant*.

3. Plusquamperfectum effertur per praeteritum perfectum cum adiecto praeterito verbi substantivi ܗܘܳܐ *fuit*: ut ܗܘܳܐ ܩܛܰܠ *interfecit fuit*, pro *interfecerat*, ܗܘܰܘ ܩܛܰܠܘ *interfecerunt fuerunt*, pro *interfecerant*. De quibus plura vide in syntaxi lib. III. cap. I. §. 16.

IX. A praeteritis singularum coniugationum formantur modi et tempora reliqua sequenti ratione.

1. Infinitivi formantur, praemisso ubique praeformativo ܡ, et adiecto in reliquis coniugationibus, praeter peal, adformativo ܘ praecedente skopho: ut in peal a ܩܛܰܠ fit ܡܶܩܛܰܠ; in ethpeel ab ܐܶܬܩܛܶܠ, ܡܶܬܩܛܳܠܽܘ pro ܡܶܐܬܩܛܳܠܽܘ; in pael a ܩܰܛܶܠ, ܡܩܰܛܳܠܽܘ; in ethpaal ab ܐܶܬܩܰܛܰܠ, ܡܶܬܩܰܛܳܠܽܘ pro ܡܶܐܬܩܰܛܳܠܽܘ; in aphel ab ܐܰܩܛܶܠ, ܡܰܩܛܳܠܽܘ pro ܡܰܐܩܛܳܠܽܘ; et in ethaphal ab ܐܶܬܬܰܩܛܰܠ, ܡܶܬܬܰܩܛܳܠܽܘ pro ܡܶܐܬܬܰܩܛܳܠܽܘ.

2. Imperativi necnon effinguntur, vocalibus vel iisdem manentibus, ut in pael, aphel, ettaphal, et aliquando in peal et etphaal; vel leviter mutatis, in peal ordinarie, ut a ܩܛܰܠ fit ܩܛܽܘܠ; in ethpeal semper, ut ab ܐܶܬܩܛܶܠ, ܐܶܬܩܛܶܠ; in ethpaal indifferenter, ut ab ܐܶܬܩܰܛܰܠ, ܐܶܬܩܰܛܰܠ vel ܐܶܬܩܰܛܶܠ.

3. Futura formantur, additis ab initio praeformativis ܢ ܬ ܐ, et in fine adformativis ܘܢ; ita tamen, ut et hic cedat ܐ praeformativum coniugationis praeformativis temporis; ut in ethpeel ܢܶܬܩܛܶܠ pro ܢܶܐܬܩܛܶܠ; ethpaal ܢܶܬܩܰܛܰܠ pro ܢܶܐܬܩܰܛܰܠ; aphel ܢܰܩܛܶܠ pro ܢܰܐܩܛܶܠ; ettaphal ܢܶܬܬܰܩܛܰܠ pro ܢܶܐܬܬܰܩܛܰܠ, coll. lib. I. cap. I. §. 11. 1. ܐ vero in pael habeat vocalem, cum praeformativae reliquae vocali careant, coll. lib. I. cap. II. §. 9. 2. et denique media rad. in peal ordinarie habeat ܳ.

4. Participia denique ex iisdem praeteritis oriuntur, quae non solum in peal, sed etiam in pael et aphel, gemina sunt, activa et passiva; in peal, mutatis tantum vocalibus, act. ܦܳܩܶܕ, pass. ܦܩܺܝܕ; in reliquis vero coniugationibus, praemisso ܡ praeformativo, cui ܐ praeformativum coniugationis cedit; ut ܡܶܬܦܩܶܕ pro ܡܶܐܬܦܩܶܕ cet. Passiva in pael et aphel, rvozo in pthocho mutant. Ceterum participium peil sumitur quidem ut plurimum passive; aliquando tamen et active seu deponentialiter: ut ܐܣܺܝܪ *accinctus* pro *accingens* Rom. 13, 4. ܐܚܺܝܕ *tenens*, q. d. *complexus* Hebr. 1, 3. ܐܒܺܝܠ *lugens*, qs. *lugere factus* Marc. 16, 20. Vide plura in syntaxi lib. III. cap. I. §. 4.

IX. Numerus et persona verborum eodem se modo apud Syros, ac apud Hebraeos habent. At genus in 3. plurali praeteritorum (quae apud

Hebraeos communis est), pariter ut in singulari, distinguunt Syri, ut v. g. in masc. quidem dicant ܦܩܕܘ, in fem. vero ܦܩܕܝ vel ܦܩܕܶܝܢ *iusserunt*.

X Flexio ex sequente paradigmate verbali ܩܛܠ *interfecit*, clarissime liquebit. Hoc autem verbum delegimus potius, quam frequentatum illud grammaticis ܦܩܕ *iussit*: quia post illud adformativa littera ܬ praeteritorum, quam post hoc, commodius auditur. Addemus tamen hic quae singulae coniugationes in singulis temporibus singularia ratione flexionis habent.

1. In peal, praeteritum sub media radic. loco ܰ aliquando habet ܶ, maximeque in verbis intransitivis: ܒܛܶܠ *cessavit*, ܒܗܶܬ *erubuit*; ܕܒܶܩ *adhaesit*, ܕܚܶܠ *timuit*, ܕܡܶܟ *dormivit*; ܚܫܶܟ *tenebrosus fuit*; ܛܥܶܡ *gustavit*, ܛܥܶܢ *onustus fuit*; ܟܦܶܢ *esuriit*; ܠܒܶܫ *induit*; ܢܚܶܬ *descendit*, ܢܩܶܦ *adhaesit*; ܣܓܶܕ *adoravit*, ܣܗܶܕ *testatus est*, ܣܠܶܩ *adscendit*; ܥܫܶܢ *invaluit*; ܩܪܶܒ *adpropinquavit*; ܪܓܶܙ *iratus est*, ܪܗܶܛ *cucurrit*, ܪܚܶܡ *dilexit*, ܪܛܶܢ *murmuravit*, ܪܟܶܢ *inclinavit se*; ܫܟܶܒ *cubuit*, ܫܠܶܡ *consummatus est*, ܫܬܶܩ *tacuit*. Quo pertinent etiam quiescentia media rad. ܐ, v. g. ܟܐܶܒ *doluit*, ܡܐܶܠ *aegre*

tulit, ܣܳܐܶܒ *canuit*, ܫܳܐܶܠ *rogavit*. Quaedam utramque vocalem admittunt, ut ܪܟܶܒ et ܪܟܰܒ *insedit*, ܓܚܶܢ et ܓܚܰܢ *procubuit*. Schema flectendi praeteriti rvozati hoc fuerit:

Plur.	Sing.
ܕܚܶܠܘ ܕܚܶܠܘܢ ܕܚܶܠ̈	ܕܚܶܠ ܕܶܚܠܰܬ 3.
ܕܚܶܠܬܘܢ ܕܚܶܠܬܶܝܢ	ܕܚܶܠܬ ܕܚܶܠܬܝ 2.
ܕܚܶܠܢ ܕܚܶܠܢܰܢ	ܕܶܚܠܶܬ 1.

Pro ܚܕܺܝ vel ܚܕܳܐ dicitur et ܚܕܺܝ *gavisus est*, de quo et similibus vide paradigma ܓܠܳܐ.

2. Porro praeterita non solum primae, sed etiam omnium coniugationum pro 3. plur. fem. ܩܛܰܠ̈ܝ habent aliquando ܩܛܰܠܝܢ, et in 1. plur. ܩܛܰܠܢ itidem ܩܛܰܠܝܢ: ut quod ad prius, ܐܶܙܰ̈ܠܝܢ *abierunt* Matth.28, 8.11. ܐܶܡܰ̈ܪܝܢ *dixerunt* cap.25,8. ܫܰ̈ܕܪܝܢ *miserunt* Ioh. 11, 3. quod vero ad posterius ܐܶܙܰܠܝܢ ܘܙܰܒܢܝܢ nisi *abierimus* et *emerimus* Luc. 9, 13. ܚܫܰܝܢ ܘܐܶܨܛܰܥܰܪܝܢ *passi eramus, et ignominia adfecti* 1. Thess. 2, 2. ܫܡܰܥܝܢ *audivimus* 1.Petr. 1, 18.

3. In infinitivo, ܡܶܦܪܳܫܘ pro ܡܶܦܪܰܫ *discedere* Matth. 9, 33. legitur.

4. Imperativus et futurum sub media rad. pro ܿ habent vel ܼ; ut ܕܚܠ *time* Rom. 11, 20. ܕܡܟܘ *dormite* Marc. 14, 41. ܐܟܘܠܘ *comedite* Luc. 10, 8. ܕܒܪ *assume* Matth. 2, 13. ܬܒܛܢ *concipiet* fem. Matth. 1, 23. ܬܕܚܠ *timeas* v. 20. ܢܕܡܟ *obdormiemus* 1. Cor. 15, 51. ܢܟܦܢ *esuriet* Ioh. 6, 35. cet. vel rvozo; ut ܙܒܢܘ *emite* Matth. 25, 9. ܥܒܕܘ *facite* cap. 3, 8. ܢܙܒܢ *emet* Luc. 22, 36. ܬܬܩܠ *impinges* Matth. 4, 6. Sic et in irregularibus ac defectivis; ut ܐܡܪ *dic* Matth. 4, 3. ܝܠܦܘ *discite* cap. 24, 32. ܣܒܘ *accipite* a ܢܣܒ Matth. 25. 28. ܙܠ *abi* ab ܐܙܠ *abiit* Act. 9, 15. ܬܒܘ *sedete* Lev. 8, 35. ܦܠ *cade* Matth. 21, 21. ܢܐܙܠ *abibit* Marc. 5, 17. ܬܐܠܕ *pariet* Matth. 1, 23. ܢܣܒ *accipiet* cap. 18, 23. ܢܬܒ *sedebit* cap. 25, 31. ܬܦܠ *cades* et ܐܬܠ *dabo* cap. 4, 9. ܐܓܪܘܪ *traham*, a ܓܪ *traxit*, Ioh. 12, 32.

5. Futura huius et reliquarum coniugationum, tertiam singularis femininam, non solum cum adiecto jud adformativo, sed etiam sine illo formant. Vide cum jud, ܬܥܒܪܝܢ *transibit* Matth. 24, 34. ܬܦܪܘܫ *secedet* 1. Cor. 7, 10. 11. ܬܫܒܘܩ

relinquet v. 13. item ܬܬܐܣܐ *sanabitur* Marc. 5, 23. ܬܦܩ *producet* Hebr. 6, 8. ast sine jud, ܬܬܡܠܚ *salietur*, et ܬܦܟܗ *infatuabitur*, Marc. 9, 50. ܬܫܟܚ *poterit*, et ܬܫܪܐ *habitabit*, cap. 4, 32. ܬܫܬܒܩ *remittetur* Matth. 24, 2. cet. Futura in 2. pers. sing. femin. assumunt aliquando in fine ܝ ultra ordinariam syllabam afformativam ܝܢ: ut ܬܥܠܝܢܝ pro ܬܥܠܝܢ *intrabis* Marc. 9, 25. ܬܐܚܝܢܝ *vivificabis* 1. Cor. 7, 16. ubi tamen Polygl. ܬܐܚܝܢ.

6. In ethpeel et ethpaal, si prima fuerit ex sibilantibus, ܬ characteristicum cum illa transponitur, ut ܐܣܬܡܟ pro ܐܬܣܡܟ *innixus fuit*, ܐܣܬܠܩ pro ܐܬܣܠܩ *sublatus est*, ܐܫܬܒܩ pro ܐܬܫܒܩ *remissus est*, ܐܫܬܒܚ pro ܐܬܫܒܚ *glorificatus est*, et transpositum commutatur in eiusdem organi litteram, post ܙ in ܕ, post ܨ vero in ܛ; ut ܐܙܕܒܢ pro ܐܙܬܒܢ, et hoc pro ܐܬܙܒܢ *emtus est*, ܐܙܕܕܩ pro ܐܙܬܕܩ, et hoc pro ܐܬܙܕܩ *iustificatus est*, ܐܨܛܠܒ pro ܐܨܬܠܒ, et hoc pro ܐܬܨܠܒ *crucifixus est*, ܐܨܛܥܪ pro ܐܨܬܥܪ, et hoc pro ܐܬܨܥܪ *ignominia adfectus est*. Vide supra lib. I. §. 9. 1. et §. 10. 2.

7. In pael praeformativae litterae futuri om-

nes vocali vacuae sunt, excepto ܐ, quod habet ܰ, ܐܶܬܦܰܩܰܕ, ob rationem dictam lib. I. cap. II. §. 9. 2.

8. In ethpaal imperativus mediam radicis perinde quidem, ac in ethpeel, occultat; ut ܐܶܬܚܰܝܠܘ *confortamini*, ab ܐܶܬܚܰܝܰܠ *confortatus est*, ܐܶܬܡܰܟܟܘ *humiliamini*, ab ܐܶܬܡܰܟܰܟ *humiliatus est* 1. Petr. 5, 6. ܐܶܬܪܰܥܘ *reconciliamini* 1. Thess. 5. 13. ܐܶܬܓܰܡܪܘ (at Gutbier. ܐܶܬܓܰܡܰܪܘ) *perficimini* 2. Cor. 13. 11. ܐܶܬܒܰܣܡܝ (at Gutb. ܐܶܬܒܰܣܰܡܝ) *laetare* Luc. 12, 19, et Gal. 4, 27. et in quadrilitteris ܐܶܫܬܰܥܒܕܘ *subiecti estote* Iac. 4, 7. 1. Petr. 5, 5. cet. coll. supra lib. I. cap. III. §. 7. 2. Reperias vero etiam cum expressa vocali ܐܶܬܪܰܚܰܡ *miseratione adficitor* Matth. 9, 27. Luc. 16. 24. ܐܶܬܒܰܝܰܐܘ *consolationem accipite* 2. Cor. 13. 11. ܐܶܬܕܰܡܘ *imitamini* 1. Cor. 11, 1.

9. In aphel, ܐ characteristicum coniugationis manet aliquando post praeformativas temporum in verbis imperfectis: ut ܬܰܐܚܶܐ *vivificabis* masc. et ܬܰܐܚܶܝܢ *vivificabis* fem. 1. Cor. 7. 16. ܡܰܐܚܶܝܢ *vivificantes* masc. Ex. 1, 16. ܡܰܐܚܳܝܘ *vivificare* Hebr. 7, 25. ܢܰܐܓܶܢ *habitabit* Act. 2, 26. et 2. Cor. 12, 9.

ܡܐܚܒܘ *diligere* Rom. 13, 8. ܡܐܓܪ *protrahens* 2. Petr. 3, 9.

10. ܐܫܟܚ *invenit*, *potuit*, non est in aphel, sed in peal, cum ܐ non praeformativo, sed prosthetico, coll. supra lib. I. cap. I. §. 5, 2. perinde ac in ܐܫܬܝ *bibit*, de quo infra ad paradigma ܐܬܐ. Liquet hoc ex vocali ܲ prioris syllabae; cum, si ܐ praeformativum aphel esset, habere debuisset ܲ. Flectitur tamen vel quasi ut aphel. Nam in infinit. habet ܡܫܟܚܘ Gen. 19, 11. in futur. ܢܫܟܚ Marc. 11, 13. plural. ܢܫܟܚܘܢ Luc. 9, 12. et participium praes. ܡܫܟܚ pro ܡܐܫܟܚ Matth. 19, 26. peil ܫܟܝܚ *inventus*, *praesens*. Ast passivum in ethpeel flectitur regulariter ܐܫܬܟܚ 1. Petr. 2, 22.

Nota. Michaelis ubi de verbis agit, qua ratione ea distinguantur ope punctorum diacriticorum non indicat. Quum autem Syri maximi haec puncta faciunt, et in libris, in quibus puncta vocalia desiderantur, magno usui sint, quaedam hic de eorum usu adiungere operae erit pretium.

1. In praeterito omnium coniugationum punctum diacriticum ex arbitrio uni ex litteris radicalibus subiicitur, in prima vero pers. singulari punctum superponitur, ut haec ab secunda distinguatur, sic ܦܪܫܬ *separavisti*, et ܦܪܫܬ *separavi*.

2. 3. sing. fem. alii aliter notare solent, uno aut duobus punctis litteram ܬ in fine vocis insignientes, ut ܢܦܩܬ *exiit* fem. ܐܡܪܬ *dixit* fem., alii punctum litterae ܬ subiiciunt alterumque postponunt, ut. ܐܬܩܪܝܬ *convocata est*,. ܫܡܥܬ *audivit* fem., alii duo quidem puncta ponunt, sed unum super littera ܬ, alterum vero etiam litterae praecedenti subiicientes, ut ܣܢܝܬ *odit* fem. ܗܘܬ *fuit* fem., alii denique huic personae nullum tribuunt punctum diacriticum, qua re ab aliis formis similibus distinguitur.

3. In 2. sing. fem. et in plur. cum singulae formae iam terminatione sua facile cognoscantur, punctum diacriticum haud necessarium et propterea multis in libris omittitur, ab aliis vero librariis 1. et 3. plur. subiicitur, ut ܗܘܘ *fuerunt*, ܥܒܕܘ *fecerunt*, ܐܬܩܪܝܘ *vocati sunt*, ܚܙܝܢ *vidimus*, ܫܡܥܢ *audivimus*.

4. In omnium coniug. infinitivis punctum diacriticum voci ubivis subiicitur. Cum vero hic modus facile terminatione in ܘ et ܡ praefixo distinguatur, saepe punctum prorsus omittitur.

5. In imperativo punctum uni, quaecumque sit, litterarum supponitur. Hoc tamen in ver-

bis irregularibus difficultatem omnino non tollit, ut ܝܠܦ didicit et disce.

6. In futur. quoque punctum fere ubique supponitur, ut ܢܣܒ *accipiet*, ܢܗܘܐ *erit*, ܬܐܙܠ *abibis*, ܬܐܡܪ *dices*; 1. sing. vero excipias, in qua punctum illud superscribitur, ut facilius a 3. praet. aphel distinguatur, ut ܐܘܒܕ *perdidit*, ܐܟܬܘܒ *scribam*. 3. sing. fem. plerumque puncto non insignitur, qua re a 2. masc. distinguitur, in bibliis vero Polygl. eodem modo ac 2. masc. notatur, ut ܬܐܟܘܠ *edet* fem., ܬܚܕܐ *gaudebit* fem.

7. In plur. punctum simili modo ponunt, ut ܢܬܟܫܦܘܢ *supplicabunt*, ܬܩܒܠܘܢ *accipietis*. ܢܩܪܐ *invocabimus*, ܢܚܙܘܢ *videbunt*, interdum etiam in 3. pers. superponunt, ut ܢܕܥܘܢ *scient*.

8. Participia praes. sive activa in peal puncto super 1. radicali posito, in reliquis autem coniugg. puncto super littera praeformativa ܡ, facile ab aliis flexionibus distinguuntur, ut ܟܬܒ *scribens*, ܒܥܐ *quaerens*, ܡܣܐܡ *ponens*, ܡܚܘܐ *indicans*, ܡܫܬܡܠܐ *perfectus*, ܡܫܬܡܗܐ *nominatus*, ܡܬܒܪ *frangens*. Sic etiam in fem. et plur. ut ܒܥܝܐ *quaerens* fem., ܒܥܝܢ et ܒܥܝܢ *quaerentes*. Ali-

quoties in bibl. Polygl. punctum infra litteram ܡ aut duplex ponitur, ut ܡܬܦܫܪ *liquefactus*, ܡܬܢܩܡ *ultus*. In partic. passiv. coniugg. punctum etiam primae radicali superscribitur, ut ܡܬܩܪܝܐ *nominatus*; similiter in part. peal; in verb. ܦܐ aut ܦܘ aut si 1. radic. puncto, ut ܕ et ܪ, instructa est, interdum etiam in littera ܢ, punctum diacriticum sequenti litterae tribuitur, ut ܐܫܕ *effundens*, ܝܩܕ *flagrans*, ܪܓܙ *irascens*, ܕܚܠ *timens*, ܨܒܐ *volens*.

9. Part. pass. punctum in sing. et plur. masc. et fem. supponunt, ut ܡܫܒܚ *laudatus*, ܟܢܝܫܝܢ *congregati*, ܣܝܡ *positus*.

10. Nomina substantiva quoque; quae ad participii formam maxime accedunt partimque a participio derivantur (participialia), punctum haud raro adsciscunt, ut ܒܪܘܝܐ *creator*, *factor*; ܣܦܪܐ *magister*.

XI. Sequitur nunc paradigma verbi regularis ܩܛܠ *interfecit*.

Peal

Praeteritum.

Fem.	Com.	Masc.		
ܩܛܠܬ		ܩܛܠ	3	Sing.
ܩܛܠܬܝ		ܩܛܠܬ	2	
	ܩܛܠܬ		1	
ܩܛܠܝ l. ܩܛܠܝܢ		ܩܛܠܘ	3	Plur.
ܩܛܠܬܝܢ		ܩܛܠܬܘܢ	2	
	ܩܛܠܢ l. ܩܛܠܢܢ		1	

Infinitivus.

ܡܩܛܠ

Imperativus.

Fem.	Masc.	
ܩܛܘܠܝ	ܩܛܘܠ	Sing.
ܩܛܘܠܝܢ	ܩܛܘܠܘ	Plur.

Futurum.

Fem.	Com.	Masc.		
	ܐܩܛܘܠ		1	Sing.
ܬܩܛܠܝܢ		ܬܩܛܘܠ	2	
ܬܩܛܘܠ l. ܠܝ		ܢܩܛܘܠ	3	
	ܢܩܛܘܠ		1	Plur.
ܬܩܛܠܢ		ܬܩܛܠܘܢ	2	
ܢܩܛܠܢ		ܢܩܛܠܘܢ	3	

Participium act.

Fem.	Masc.	
ܩܛܠܐ	ܩܛܠ	Sing.
ܩܛܠܢ	ܩܛܠܝܢ	Pl.

Participium pas.

Fem.	Masc.	
ܩܛܝܠܐ	ܩܛܝܠ	Sing.
ܩܛܝܠܢ	ܩܛܝܠܝܢ	Pl.

Ethpeel.

Praeteritum.

Fem.	Com.	Masc.
ܐܬܩܛܠܬ		ܐܬܩܛܠ
ܐܬܩܛܠܬܝ		ܐܬܩܛܠܬ
	ܐܬܩܛܠܬ	
ܐܬܩܛܠܝ l. ܠܝܢ		ܐܬܩܛܠܘ
ܐܬܩܛܠܬܝܢ		ܐܬܩܛܠܬܘܢ
	ܐܬܩܛܠܢ l. ܢܢ	

Infinitivus.

ܡܬܩܛܠܘ

Imperativus.

Fem.	Masc.
ܐܬܩܛܠܝ	ܐܬܩܛܠ
ܐܬܩܛܠܝܢ	ܐܬܩܛܠܘ

Futurum.

Fem.	Com.	Masc.
	ܐܬܩܛܠ	
ܬܬܩܛܠܝܢ		ܬܬܩܛܠ
ܬܬܩܛܠ l. ܠܝ		ܢܬܩܛܠ
	ܢܬܩܛܠ	
ܬܬܩܛܠܢ		ܬܬܩܛܠܘܢ
ܢܬܩܛܠܢ		ܢܬܩܛܠܘܢ

Participium.

Fem.	Masc.
ܡܬܩܛܠܐ	ܡܬܩܛܠ
ܡܬܩܛܠܢ	ܡܬܩܛܠܝܢ

Pael

Praeteritum.

Fem.	Com.	Masc.	
ܩܛܠܬ		ܩܛܠ	3
ܩܛܠܬܝ		ܩܛܠܬ	2
	ܩܛܠܬ		1
ܩܛܠ l. ܠܝܢ		ܩܛܠܘ	3
ܩܛܠܬܝܢ		ܩܛܠܬܘܢ	2
	ܩܛܠܢ l. ܢܢ		1

Infinitivus.

ܡܩܛܠܘ

Imperativus.

Fem.	Masc.
ܩܛܠܝ	ܩܛܠ
ܩܛܠܝܢ	ܩܛܠܘ

Futurum.

Fem.	Com.	Masc.	
	ܐܩܛܠ		1
ܬܩܛܠܝܢ		ܬܩܛܠ	2
ܬܩܛܠ l. ܠܐ		ܢܩܛܠ	3
	ܢܩܛܠ		1
ܬܩܛܠܢ		ܬܩܛܠܘܢ	2
ܢܩܛܠܢ		ܢܩܛܠܘܢ	3

Participium act.

Fem.	Masc.
ܡܩܛܠܐ	ܡܩܛܠ
ܡܩܛܠܢ	ܡܩܛܠܝܢ

Participium pas.

Fem.	Masc.
ܡܩܛܠܐ	ܡܩܛܠ
ܡܩܛܠܢ	ܡܩܛܠܝܢ

Ethpaal

Praeteritum.

Fem.	Com.	Masc.
ܐܬܩܛܠܬ		ܐܬܩܛܠ
ܐܬܩܛܠܬܝ		ܐܬܩܛܠܬ
	ܐܬܩܛܠܬ	
ܐܬܩܛܠ l. ܠܝܢ		ܐܬܩܛܠܘ
ܐܬܩܛܠܬܝܢ		ܐܬܩܛܠܬܘܢ
	ܐܬܩܛܠܢ l. ܢܢ	

Infinitivus.

ܡܬܩܛܠܘ

Imperativus.

Fem.	Masc.
ܐܬܩܛܠܝ	ܐܬܩܛܠ
ܐܬܩܛܠܝܢ	ܐܬܩܛܠܘ

Futurum.

Fem.	Com.	Masc.
	ܐܬܩܛܠ	
ܬܬܩܛܠܝܢ		ܬܬܩܛܠ
ܬܬܩܛܠ l. ܠܐ		ܢܬܩܛܠ
	ܢܬܩܛܠ	
ܬܬܩܛܠܢ		ܬܬܩܛܠܘܢ
ܢܬܩܛܠܢ		ܢܬܩܛܠܘܢ

Participium.

Fem.	Masc.
ܡܬܩܛܠܐ	ܡܬܩܛܠ
ܡܬܩܛܠܢ	ܡܬܩܛܠܝܢ

Ettaphal

Praeteritum.

	Fem.	Com.	Masc.
3 Sing.	ܐܬܬܦܩܕܬ		ܐܬܬܦܩܕ
2 Sing.	ܐܬܬܦܩܕܬܝ		ܐܬܬܦܩܕܬ
1 Sing.		ܐܬܬܦܩܕܬ	
3 Plur.	ܐܬܬܦܩܕܝ 1. [illegible]		ܐܬܬܦܩܕܘ ܐܬܬܦܩܕܘܢ
2 Plur.	ܐܬܬܦܩܕܬܝܢ		ܐܬܬܦܩܕܬܘܢ
1 Plur.		ܐܬܬܦܩܕܢ 1. ܢܢ	

Infinitivus.

ܡܬܬܦܩܕܘ

Imperativus.

	Fem.	Masc.
Sing.	ܐܬܬܦܩܕܝ	ܐܬܬܦܩܕ
Plur.	ܐܬܬܦܩܕܝܢ	ܐܬܬܦܩܕܘ

Futurum.

	Fem.	Com.	Masc.
1 Sing.		ܐܬܬܦܩܕ	
2 Sing.	ܬܬܬܦܩܕܝܢ		ܬܬܬܦܩܕ
3 Sing.	1. [illegible] ܬܬܬܦܩܕ		ܢܬܬܦܩܕ
1 Plur.		ܢܬܬܦܩܕ	
2 Plur.	ܬܬܬܦܩܕܢ		ܬܬܬܦܩܕܘܢ
3 Plur.	ܢܬܬܦܩܕܢ		ܢܬܬܦܩܕܘܢ

Participium.

	Fem.	Masc.
Sing.	ܡܬܬܦܩܕܐ	ܡܬܬܦܩܕ
Pl.	ܡܬܬܦܩܕܢ	ܡܬܬܦܩܕܝܢ

Aphel

Praeteritum.

	Fem.	Com.	Masc.
3 Sing.	ܐܦܩܕܬ		ܐܦܩܕ
2 Sing.	ܐܦܩܕܬܝ		ܐܦܩܕܬ
1 Sing.		ܐܦܩܕܬ	
3 Plur.	ܐܦܩܕܝ 1. ܕܝܢ		ܐܦܩܕܘ ܐܦܩܕܘܢ
2 Plur.	ܐܦܩܕܬܝܢ		ܐܦܩܕܬܘܢ
1 Plur.		ܐܦܩܕܢ 1. ܢܢ	

Infinitivus.

ܡܦܩܕܘ

Imperativus.

	Fem.	Masc.
Sing.	ܐܦܩܕܝ	ܐܦܩܕ
Plur.	ܐܦܩܕܝܢ	ܐܦܩܕܘ

Futurum.

	Fem.	Com.	Masc.
1 Sing.		ܐܦܩܕ	
2 Sing.	ܬܦܩܕܝܢ		ܬܦܩܕ
3 Sing.	1. ܕܟ ܬܦܩܕ		ܢܦܩܕ
1 Plur.		ܢܦܩܕ	
2 Plur.	ܬܦܩܕܢ		ܬܦܩܕܘܢ
3 Plur.	ܢܦܩܕܢ		ܢܦܩܕܘܢ

Participium act.

	Fem.	Masc.
Sing.	ܡܦܩܕܐ	ܡܦܩܕ
Pl.	ܡܦܩܕܢ	ܡܦܩܕܝܢ

Participium pas.

	Fem.	Masc.
Sing.	ܡܦܩܕܐ	ܡܦܩܕ
Pl.	ܡܦܩܕܢ	ܡܦܩܕܝܢ

XII. Verba, quae primam mediamque radicis gutturalem habent, propria anomalia apud Syros (ut apud Hebraeos) vix ulla laborant. Nam v. g. ܗܦܟ *vertit*, ܚܙܩ *accinctus est*, ܥܕܠ *accusavit*; ܒܗܬ *erubuit*, ܕܚܠ *timuit*, ܒܥܛ *calcitravit*; plane ad paradigma verbi regularis flectuntur. Et quamvis anomaliam faciant verba 1. et 2. rad. ܐ, nempe ܐܟܠ *comedit* et ܛܐܒ *bonus* seu *hilaris fuit*; tamen anomaliam istam ܐ non tam qua gutturalis habet, quam qua una ex quiecentibus ܐܘܝ: adeoque verba ista potius ad quiescentia, quam ad gutturalia pertinent. Aliter vero se res habet de verbis, quae ultimam radicalem ܗܚܥ vel ܪ agnoscunt; quorum tamen anomalia vix alia est, quam ut ܶ ante gutturalem in ܰ mutent, secundum lib. I. cap. II. §. 10, 2. v. g. in participio praesenti peal ܕܢܚ *illucescens* diluculum, ܦܠܚ pro ܦܠܚ *serviens*, ܦܪܥ *retribuens*, ܐܡܪ pro ܐܡܪ *dicens*; in pael item atque aphel ubique, v. g. ܫܕܪ pro ܫܕܪ *misit*; ܐܪܫܥ pro ܐܪܫܥ *impie egit*. Quibus ex verbis 3. rad. ܐ accedunt ܒܝܐ pro ܒܝܐ *consolatus est*, ܛܡܐ pro ܛܡܐ *contaminavit*, ܦܐܐ pro ܦܐܐ *condecoravit*, ܣܐܐ pro ܣܐܐ *foedavit*, cum derivatis suis: aliquando et ܓܐܐ, unde in ethpa. ܐܬܓܐܝܬ et ܐܬܓܐܝ *elatus fuit*, Ex. 15, 1. Esa. 2, 12.

XIII. Quiescentia, quae a verbi perfecti flexione secedunt, sunt vel primae radicalis, eaque vel 1. radicis ܐ, ut ܐܟܠ *comedit*, vel 1. rad. ܝ, ut ܝܠܕ *peperit*; vel mediae radicalis; eiusque vel ܐ ut ܛܐܒ *bonus fuit*, vel ܘ, ut ܩܡ *surrexit*, vel ܝ, ut ܡܝܬ *mortuus est*, quo et ܚܝܐ *vixit*, referri potest, utpote a quo, elisa media rad. ܝ, dicitur ܬܚܐ pro ܬܚܝܐ *vives*, ܐܚܝ pro ܐܚܝܝ *vivificavit*; vel denique ultimae radicalis ܐ, vel quae in eius locum aliquando succedit, ܝ, ut ܓܠܐ *manifestavit*, et ܣܓܝ *multiplicatus est*. Nam quae in ܗ terminantur, v. g. ܬܡܗ *obstupuit*, ܐܬܟܪܗ *aegrotavit*, ܢܓܗ *illuxit*, ܫܦܗ *infatuatus est*; non quiescentia sunt, sed gutturalia, de quibus modo egimus §. 12.

XIV. Quod igitur ad quiescentia 1. rad. ܐ, ea

1. In peal sub ܐ initiali, ubi vocali vacare debuisset, ubique assumunt vocalem: ܵ quidem in praeterito, ut ܐܟܠ pro ܐܟܠ *comedit*; at in imperativo at participio peil ܸ, ut ܐܟܘܠ pro ܐܟܘܠ *comede*; ܐܟܝܠ *comestus*; excepto tantum ܐܡܪ *dic*.

In infinitivo, et futuro duplicem habent formam, unam ܡܐܟܠ *comedere*, ܐܟܘܠ pro ܐܐܟܘܠ *comedam*; alteram ܡܐܡܪ *dicere*, et ܐܡܪ pro ܐܐܡܪ

dicam. Priore modo flectuntur ܐܓܪ *conduxit*, ܐܚܕ *cepit*, *clausit*, ܐܟܠ *comedit*, ܐܠܠ *ululavit*, ܐܠܨ *arctavit*, ܐܣܪ *ligavit*, ܐܪܥ *occurrit*, ܐܫܕ *effudit*; posteriore vero modo, ܐܒܕ *periit*, ܐܙܠ *abiit*, ܐܠܦ *didicit*, ܐܡܨ *fastidivit*, ܐܡܪ *dixit*, ܐܘܙ *protendit*. Ast ܐܬܐ *venit* in infinit. quidem habet ܡܐܬܐ, sed in fut. ܢܐܬܐ pro ܐܐܬܐ. Praeterea Syri non ferunt concursum duorum ܐ; igitur in 1. pers. sing. futuri peal dicunt ܐܟܘܠ vel ܐܙܠ; in peal ܐܟܠ pro ܐܐܟܠ seu ܐܐܟܠ: at in reliquis personis extrusum ܐ redire potest; ut ܬܐܟܘܠ; ܬܐܙܠ, ܬܐܠܦ.

In imperativo etiam dicitur ܐܡܪ ܐܡܪܝ ܐܡܪܘ ܐܡܪܝܢ, ab ܐܡܪ *dixit*; ܙܠ ܙܠܝ ܙܠܘ ܙܠܝܢ, ab ܐܙܠ *abiit*; ܬܐ ܬܝ ܬܘ ܬܐܝܢ, ab ܐܬܐ *venit*.

2. In ethpeel 1. rad. ܐ ubique quiescit, vocali sua ad praecedens ܬ praeformativum remissa: ut in praeterito et fut. ܐܬܐܟܠ pro ܐܬܐܟܠ, et hoc pro ܐܬܐܟܠ; infinit. ܡܬܐܟܠܘ pro ܡܬܐܟܠܘ; imperat. ܐܬܐܟܠ pro ܐܬܐܟܠ; partic. ܡܬܐܟܠ pro ܡܬܐܟܠ. Vid. lib. I. cap. I. §. 7, 1. Sed in ܐܚܕ *cepit*, *clausit*, ܐ radicale, abiecta vocali sua, conformatur praecedenti ܬ, ut fiat ܐܬܬܚܕ pro ܐܬܐܚܕ,

et hoc pro ܐܬܐܚܕ *clausus est* Matth. 25, 10. Apoc. 21, 25. In quibusdam vero 1. radicis ܐ vel quiescit vel mutatur in ܬ; ut ab ܐܒܠ *luxit* fit ܐܬܐܒܠ, unde fut. ܢܬܐܒܠܘܢ *tristabuntur* Luc. 6, 25. vel ܐܬܬܒܠ, unde ܢܬܬܒܠܘܢ idem, Apoc. 18, 15.

3. In pael, ܐ post praeformativas itidem vel quiescit, remissa ad illas vocali sua, ut inf. ܡܐܠܦܘ pro ܡܐܠܦܘ; fut. ܢܐܠܦ pro ܢܐܠܦ *docebit*; partic. ܡܐܠܦ et ܡܐܠܦ; pro ܡܐܠܦ et ܡܐܠܦ; vel prorsus eliditur, ut ܡܠܦܘ pro ܡܐܠܦܘ *docere* Matth. 11, 1. ܢܠܦ pro ܢܐܠܦ *docebit* cap. 5, 19. ܡܠܦ pro ܡܐܠܦ cap. 4, 23. ܡܠܦ plur. ܡܠܦܐ pro ܡܐܠܦܐ *docti* Ioh. 6, 45.

4. In ethpaal, ܐ pariter quiescit, remissa ad praeformativam ܬ vocali, ut praet. ܐܬܐܣܝ *sanatus est* Luc. 8, 36. Infinit. ܡܬܐܠܨܘ pro ܡܬܐܠܨܘ *adfligi* 1. Thess. 3, 4. vel mutatur in ܬ, ut ܐܬܬܢܚ pro ܐܬܐܢܚ, et hoc pro ܐܬܐܢܚ *suspiravit* Marc. 7, 34. ܐܬܬܓܪ pro ܐܬܐܓܪ *negotiatus est* Matth. 25, 16. 17.

5. In aphel et ettaphal, 1. rad. ܐ (ut facilius pronunciari queat) ubique mutatur in ܘ mobile diphthongescens, ut est in paradigmate. Ast ܐܬܐ *venit*, ܐ in aphel mutat in ܝ mobile, ut ܐܝܬܝ

adduxit , ܡܝܬܝܘ *adducere* , ܐܝܬܐ *adduc* , ܐܝܬܐ *adducam* , ܡܝܬܐ *adducens*. Idem imitatur ܗܝܡܢ *credidit* ab obsoleto ܐܡܢ : quod tamen non est verbum aphel, sed quadrilitterum in pael.

6. ܐܙܠ, quum significat *abiit*, anomalicum est. Nam 3. rad. ܠ, in incremento vocis syllabico, occultatur, remissa vocali sua ad praecedentem mediam radicalem, si haec vocali careat: ut in praeterito ܐܙܠܬ pro ܐܙܠܬ *abiit* fem. ܐܙܠܬ *abii* Iohann. 9, 11. in fut. ܬܐܙܠܝܢ *abibis* fem. ܬܐܙܠܝܢ et ܬܐܙܠܘܢ *abibitis* masc. et fem. ܢܐܙܠܘܢ et ܢܐܙܠܢ *abibunt* masc. et fem. Act. 17, 15. et in particip. ܐܙܠܐ *abiens* fem. ܐܙܠܝܢ et ܐܙܠܢ *abeuntes* masc. et fem. 1. Tim. 5, 24. ex edit. Polygl. Extra praedictum casum reliqua regularia sunt. Quin nec intra praedictum casum anomalia est, si verbum ܐܙܠ notet *prodesse* : ut Matth. 5, 13. ܐܙܠ *prodest*. Conf. supra, lib. I. cap. II. §. 11, 2. et 3. cap. III. §. 7. 1.

7. Verba 1. rad. ܕ, quae habent mediam radicalem ܗ, flectuntur ut verba 1. radicis ܐ : nempe ܕܗܪ *meminit*, ܕܗܢ *profuit*, et ܕܗܙ *lascivus fuit*. Vid. lib. I. cap. I. §. 3. 4. cap. III. §. 7. 3.

VERBUM QUIESCENS

1. rad. olaph, ܐܟܠ *comedit.*

Ethpeel.

ܐܬܐܟܠ ܐܬܐܟܠܬ

ܐܬܐܟܠܬ ܐܬܐܟܠܬܝ

ܐܬܐܟܠܬ cet.

vel

ܐܬܬܟܝܠ ܐܬܬܟܝܠܬ

cetera.

ܡܬܐܟܠܘ l. ܡܬܬܟܝܠܘ

ܐܬܐܟܠ l. ܐܬܬܟܝܠ

ܐܬܐܟܠ

ܬܬܐܟܠ ܬܬܐܟܠܘܢ

cet.

vel

ܐܬܬܟܝܠ

ܬܬܟܝܠ ܬܬܟܝܠܘܢ

cet.

ܡܬܐܟܠ ܡܬܐܟܠܐ cet.

vel

ܡܬܬܟܝܠ ܡܬܬܟܝܠܐ

cet.

Peal.

Praet. ܐܟܠ ܐܟܠܬ

ܐܟܠܬ ܐܟܠܬܝ

ܐܟܠܬ

ܐܟܠܘ ܐܟܠܝ ܐܟܠܝܢ

ܐܟܠܬܘܢ ܐܟܠܬܝܢ

ܐܟܠܢ ܐܟܠܢܢ

Inf. ܡܐܟܠ l. ܡܐܡܪ

Imp. ܐܟܘܠ l. ܐܡܪ ܐܟܘܠܝ

ܐܟܘܠܘ ܐܟܘܠܝܢ

Fut. ܐܟܘܠ l. ܐܡܪ

ܬܐܟܘܠ l. ܬܐܡܪ ܬܐܟܠܘܢ

cetera.

P.act. ܐܟܠ ܐܟܠܐ

ܐܟܠܝܢ ܐܟܠܢ

P.pas. ܐܟܝܠ ܐܟܝܠܐ

ܐܟܝܠܝܢ ܐܟܝܠܢ

VERBUM QUIESCENS

1. rad. olaph, ܐܟܠ *comedit.*

Ethpaal.	Pael.
ܐܬܐܟܠ ܐܬܐܟܠܬ	ܐܟܠ ܐܟܠܬ Pr
ܐܬܐܟܠܬ ܐܬܐܟܠܬܝ	cet.
ܐܬܐܟܠܬ cet.	
vel	
ܐܬܬܟܠ ܐܬܬܟܠܬ	
cet.	
ܡܬܐܟܠܘ ܀ ܡܬܬܟܠܘ	ܡܐܟܠܘ ܀ ܡܟܠܘ In
ܐܬܐܟܠ ܀ ܐܬܬܟܠ	ܐܟܠ ܐܟܠܝ In
cet.	
ܐܬܐܟܠ	ܐܟܠ Fu
ܬܬܐܟܠ ܬܬܐܟܠܝܢ cet.	ܬܐܟܠ ܬܐܟܠܝܢ cet.
vel	vel
ܐܬܬܟܠ	ܐܟܠ
ܬܬܟܠ ܬܬܟܠܝܢ	ܬܟܠ ܬܟܠܝܢ
cet.	cet.
ܡܬܐܟܠ ܡܬܐܟܠܐ cet.	ܡܐܟܠ ܡܐܟܠܐ cet. P.
vel	vel
ܡܬܬܟܠ ܡܬܬܟܠܐ cet.	ܡܟܠ ܡܟܠܐ cet.
	ܡܐܟܠ ܀ ܡܟܠ P.

VERBUM QUIESCENS

1. rad. olaph, ܐܟܠ *comedit.*

Ettaphal.	Aphel.	
ܐܬܬܘܟܠܬ ܐܬܬܘܟܠ	ܐܘܟܠܬ ܐܘܟܠ	Praet.
cet.	cet.	
ܡܬܬܘܟܠܘ	ܡܘܟܠܘ	Inf.
cet. ܐܬܬܘܟܠ	cet. ܐܘܟܠ	Imp.
ܐܬܬܘܟܠ	ܐܘܟܠ	Fut.
ܬܬܘܟܠܝܢ ܬܬܘܟܠ	ܬܘܟܠܝܢ ܬܘܟܠ	
ܬܬܘܟܠܘܢ ܢܬܬܘܟܠ	cet.	
cet.		
ܡܬܬܘܟܠ	cet. ܡܘܟܠ	P.act.
	cet. ܡܘܟܠ	P.pass.

XV. Verba 1. rad. jud, in peal sub jud, ubi id vocali vacuum esse debuerat, adsumunt ܼ; ut ܝܼܕܥ pro ܝܕܥ *cognovit*, ܝܼܠܦܘ pro ܝܠܦܘ *discite*, ܝܼܠܝܕ pro ܝܠܝܕ *natus*.

In praeterito mediam radicis vel per ܰ movent, ut ܝܕܰܥ *cognovit*, ܝܩܰܪ *gravis fuit* ܝܨܰܦ *curavit*; vel per ܶ, ut ܝܠܶܕ *peperit*, ܝܪܶܬ *haereditavit*, ܝܬܶܒ *sedit*. Conf. §. 10, 1. Solum vero ܝܗܒ pro ܝܗܰܒ *dedit*, ܗ suum occultat, remis-

sa vocali ad praecedentem 1. rad. jud, quoties haec debuerat adsumere ״. Vide lib. I. cap. III. §. 7. 1. Schema flexionis eius hoc est:

ܝܗܒ ܝܗܒܬ	ܝܗܒܘ ܝܗܒܝ l. ܝܗܒܝܢ
ܝܗܒܬ ܝܗܒܬܝ	ܝܗܒܬܘܢ ܝܗܒܬܝܢ
ܝܗܒܬ	ܝܗܒܢ l. ܝܗܒܢܢ

In infinitivo, imperativo et futuro, verba ܝܕܥ *cognovit*, et ܝܬܒ *sedit*, non ut quiescentia flectuntur, sed ut defectiva ad modum ܢܦܩ *exiit*. Hinc infinit. ܡܕܥ *cognoscere*, ܡܬܒ *sedere*; imperat. ܕܥ *cognosce*, ܬܒ *sede*; fut. ܐܕܥ *cognoscam*, ܐܬܒ *sedebo*. Quomodo et ܝܗܒ *dedit*, in imper. habet ܗܒ *da*: infinitivum vero et futurum, quibus caret, ex synonimo ܢܬܠ mutuatur.

2. In ethpeel, 1. rad. jud, remissa vocali ״, quam ex peal habet, ad praecedens ܬ praeformativum, quiescit, ut ܐܬܝܠܕ pro ܐܬܝܠܕ; nisi ubi secundum analogiam flexionis verbi regularis, accipit ׳, ut ܐܬܝܠܕܬ cet. Conf. lib. I. cap. I. §. 7, 3.

3. In pael et ethpaal regularia sunt omnia, excepto inusitato ܝܥܕ, Hebr. יָעַד, a quo in pael est ܘܥܕ *condixit*, *congregavit*, et in ethpaal ܐܬܘܥܕ *congregatus est*.

4. In aphel et ettaphal, 1. radicis ܝ mutatur in ܘ, ut ܐܰܘܠܶܕ pro ܐܰܝܠܶܕ *generavit*, et ܐܶܬܬܰܘܠܰܕ *generatus est*. Excipiuntur tamen duo verba, in quibus ܝ manet: ܐܰܝܠܶܠ *eiulavit*, et ܐܰܝܢܶܩ *lactavit*; Iac. 5, 1. Marc. 5, 38. Luc. 11, 27. cap. 23, 29.

VERBUM QUIESCENS

1. rad. jud, ܝܠܶܕ *peperit*.

Ethpeel.		Peal.		
ܐܶܬܺܝܠܕܰܬ	ܐܶܬܺܝܠܶܕ	ܝܶܠܕܰܬ	ܝܠܶܕ	Praet.
	ܡܶܬܺܝܠܳܕܽܘ		ܡܶܐܠܰܕ	Inf.
	ܐܶܬܺܝܠܶܕ	ܝܠܽܘܕܝ	ܝܠܶܕ	Imp.
	ܐܶܬܺܝܠܶܕ		ܐܺܐܠܰܕ	Fut.
ܢܶܬܺܝܠܕܽܘܢ	ܢܶܬܺܝܠܶܕ	ܢܺܐܠܕܽܘܢ	ܢܺܐܠܰܕ	
ܡܶܬܺܝܠܕܳܐ	ܡܶܬܺܝܠܶܕ		ܝܳܠܶܕ	P. act.
			ܝܠܺܝܕ	P. pass.

VERBUM QUIESCENS

1. rad. jud. ܝܠܕ *peperit.*

Ethpaal.		Pael.		
ܐܬܝܠܕܬ	ܐܬܝܠܕ	ܝܠܕܬ	ܝܠܕ	Pr
	ܡܬܝܠܕܘ		ܡܝܠܕܘ	In
	ܐܬܝܠܕ	ܝܠܕܘ	ܝܠܕ	In
	ܐܬܝܠܕ		ܐܝܠܕ	F
ܬܬܝܠܕܘܢ	ܬܬܝܠܕ	ܬܝܠܕܝܢ	ܬܝܠܕ	
	ܡܬܝܠܕ		ܡܝܠܕ	P.
			ܡܝܠܕ	P.

Ettaphal.		Aphel.		
ܐܬܬܘܠܕܬ	ܐܬܬܘܠܕ	ܐܘܠܕܬ	ܐܘܠܕ	Pr
	ܡܬܬܘܠܕܘ		ܡܘܠܕܘ	Inf
	ܐܬܬܘܠܕ		ܐܘܠܕ	Im
	ܐܬܬܘܠܕ		ܐܘܠܕ	Fu
ܬܬܬܘܠܕܘܢ	ܬܬܬܘܠܕ	ܬܘܠܕܝܢ	ܬܘܠܕ	
	ܡܬܬܘܠܕ		ܡܘܠܕ	P.a
			ܡܘܠܕ	P.p

XVI. Verba quiescentia media radicis ܐ,

1. In pael, ethpeel, aphel et ettaphal, sequuntur canonem illum lib. I. cap. I. §. 7. 1. Nempe ܐ quiescit, remissa vocali sua ad praecedentem litteram, si haec per analogiam verbi regularis vocali carere debuisset: ut 1. in peal, in praeterito, ܛܶܐܒ pro ܛܐܶܒ *bonus, hilaris fuit*, ܟܶܐܒ *doluit*, ܠܶܐܝ *defessus fuit*, ܡܐܶܠ, unde fem. ܡܶܐܠܰܬ *taeduit* Hebr. 3, 10. ܣܶܐܒ *consenuit*, ܣܐܶܢ, unde imper. ܣܐܽܘܢ *calceis instrue* Act. 12, 8. plur. ܣܐܽܘܢܘ *calceate* Eph. 6, 15. ܫܶܐܠ *petiit*, futur. ܢܶܫܐܰܠ *petet*; ܬܶܡܐܰܠ *taedebit* 2. Thess. 3, 13. et per metathesin (lib. I. cap. I. §. 10.) ܬܶܡܐܰܢ Act. 9, 38. et cum duplici olaph ܬܶܐܡܐܰܠ Galat. 6, 9. particip. ܡܳܐܶܠ, fem. ܡܳܐܠܳܐ ibid. 2. In ethpeel, ܐܶܫܬܶܐܠ pro ܐܶܫܬܐܶܠ *deprecatus est* Act. 20, 27. infinit. ܡܶܫܬܶܐܠܽܘ pro ܡܶܫܬܐܳܠܽܘ *deprecari* Luc. 14, 18. At ab inusitato ܒܐܫ fit ܐܶܬܒܶܐܫ pro ܐܶܬܒܐܶܫ, et hoc pro ܐܶܬܒܶܐܶܫ *male adfectus fuit* Matth. 26, 8. ܡܶܬܒܶܐܫ *male adfectus* Luc. 11, 53, nempe quia et per radicalium litterarum metathesin (vide lib. I. cap. I. §. 10. 1.) dicitur ܐܶܬܬܐܒܶܫ Matth. 21, 15. fem. ܐܶܬܬܐܒܫܰܬ *male adfecta fuit* Neh. 2, 10. ad instar verborum ܝ rad. ܐ §. 14. 2. unde et bis aliquando ponitur ܐ, ut

ܐܬܐܟܪܝ Marc. 14, 4. 3. In aphel, ܐܟܪܝ pro ܐܐܟܪܝ *malefecit* Act. 7, 19. ܢܟܪܐ *malefaciet* cap. 12, 1. ܐܘܛܒ pro ܐܐܛܒ *bene fecit*, imp. ܐܘܛܒܘ *benefacite* Luc. 6, 35. ܡܘܛܒܝܢ *benefacientes* vers. 33. ܡܟܐܒܐ *dolentes* cap. 14, 21. ܐܠܐܝ *fatigavit* Act. 24, 4. vel eliso olaph, ܐܠܝ Io. 3, 16. ܡܡܐܢ *cessans* Gal. 6, 9. ܐܣܐܢ *calceavit* Luc. 15, 22. ܐܘܙܦ *commodavit* cap. 11, 5. 4. In ettaphal, ܐܬܬܣܐܢ *calceatus est*, et alia quaedam, allegantur ab Edm. Castello in Lex. Heptagl. sub his verbis, sed sine adiectis auctoritatibus: unde suo loco a nobis relinquuntur. At

2. In pael et etphaal olaph mutant in jud, facilioris pronunciationis caussa; ut ܛܝܒ *paravit* Luc. 2, 31. ܐܬܛܝܒ *paratus est* Matth. 20, 23. ܣܝܒ *polluit*, ܐܣܬܝܒ *pollutus est*, retinent tamen ܐ ܐܬܬܐܪܡ *elatus fuit* Ex. 15, 1. et ܐܬܒܐܥ *inquisitus est* Act, 25, 26.

XVII. Verba media radicis wau,

1. In coniugationibus peal, ethpeel, aphel, ettaphal, vel perfecte flectuntur, nempe quae simul tertiam rad. ܐ vel ܝ habent: ut ܕܘܐ *doluit*, ܗܘܐ *fuit*, ܙܘܐ *tumuit*, ܟܘܐ *adussit*, ܠܘܐ vel ܠܘܝ co-

mitatus est, ܨܒܐ *desideravit*, ܩܘܐ *statuit*, ܪܘܐ *irriguus fuit*, ܫܘܐ *aequalis*, *dignus fuit*, ܬܘܐ *paenituit*. Quamvis enim ab ܗܘܐ *fuit*, secundum edit. Gutbier. reperiatur ܢܗܘܐ Luc. 1, 32. tamen Polygl. rectius ibi habent ܢܶܗܘܶܐ *erit*.

Specialiter perfecte flectuntur: ܨܒܝ *cupiit*, fem. ܨܒܝܬ et ܥܘܠ inusitatum, aph. ܐܥܘܠ *iniuste egit*, ܪܘܙ *exultavit* fem. ܪܘܙܬ Act. 2, 26. imper. ܪܘܙܘ, fut. ܢܪܘܙ Apoc. 19, 7. particip. ܪܘܙ Phil. 2, 17. ܫܘܪ *saliit* Act. 3, 8. ܬܘܗ *stupuit* Gen. 27, 33. plur. ܬܘܗܘ Marc. 9, 15. futur. ܬܬܘܗܘܢ 2. Thess. 3, 2. etpee. ܡܬܬܘܗܝܢ *obstupefacti* Iud 3, 26. unde et nomen ܬܘܗܬܐ *stupor* Luc. 21, 25. ܬܘܪ idem aph. ܐܬܘܪ.

Flectuntur quoque vel ut quiescentia, quorum paradigma est ܩܡ *surrexit* pag. 80, et 81. vel utroque modo, diversa tamen significatione: ut ܚܪ *intuitus est*, Marc. 10, 27. at ܚܘܪ *canduit*, *albuit*, Matth. 17, 2. fem. ܚܘܪܬ Leu. 13, 4. infinit. ܡܚܘܪ Leu. 13, 4. aph. ܐܚܘܪ idem Marc. 9, 3. unde ܚܘܪ *albus*; obsoletum ܪܚ, aph. ܐܪܝܚ *odoratus est* 1. Cor. 12, 17. at ܪܘܚ aph. ܐܪܘܚ *refocillavit*,

1. Tim. 5, 10. Vide tamen ܢܪܘܚ *dilatabitur* Esa. 60, 5. ܫܚ *liquatus est*, unde ܢܬܫܚܘܢ *liquabuntur* 2. Petr. 3, 12. aph. ܐܡܚ *ausus est* 2. Cor. 10. 3. at ܫܘܚ *germinavit* Matth. 13, 5.

2. In coniugationibus pael et ethpaal aliqua quidem servant wau: ut, praeter illa, quae perfecte flecti diximus sub num. 1., haec sequentia, ܕܘܕ *turbavit* Gal. 5, 7. ܐܬܕܘܕ *turbatus est* Ioh. 14, 1. 27. ܥܘܪ *sobrius fuit* 1. Thess. 5, 6. ܙܘܕ *viatico instruxit* Act. 28, 10. ܙܘܓ *copulavit* Matth. 19, 6. ܐܙܕܘܓ *copulatus est* 1. Tim. 5, 14. ܛܘܫ *polluit* Gen. 49, 4. ܐܬܛܘܫ *pollutus est* Ioh. 18, 28. ܟܘܚ *arguit* 1. Tim. 5, 20. ܐܬܟܘܚ *correptus est* Eph. 5, 13. ܢܘܠ *excruciavit* Ez. 28, 24. ܥܘܩ *impedivit* 1. Thess. 2, 18. ܐܬܓܘܣ *confugit* Act. 14, 6. ܪܘܚ *dilatavit* 2. Cor. 6, 13.

Pleraque vero mutant wau in jud: ܕܝܒ *liquefacit*, ܕܝܩ *prospexit*, ܚܝܒ *condemnavit*, ܩܝܡ *stabilivit*, ܪܝܡ *exaltavit*. Excipe ܥܘܪ, quod wau vel servat, vel in jud mutat, pro diversa significatione: ut ܥܘܪ *excoecavit*, ܐܬܥܘܪ

excoecatus est, ab ܥܘܝܪ *coecus*; at ܥܝܪ *excitavit*.

Quaedam, geminatis 1. et 3. radicalibus, fiunt quadrilittera, ut a ܙܠ *contremuit*, fit ܙܠܙܠ *commovit*, et ܐܙܕܠܙܠ *commotus fuit*; a ܪܡ *altus fuit*, ܪܡܪܡ *exaltavit*, ܐܬܪܡܪܡ *exaltatus est*.

3. In pael, in praeterito verbum ܡܝܬ *mortuus est* mediam ܘ mutat in ܝ, quod quiescit in ʺ, et flectitur ad instar coniugationis ethpeel, hoc modo:

Plur.	Sing.
ܡܝܬܘ ܡܝܬܝ ܡܝܬܬܘܢ	ܡܝܬ ܡܝܬܬ
ܡܝܬܬܘܢ ܡܝܬܬܝܢ	ܡܝܬܬ ܡܝܬܬܝ
ܡܝܬܢ ܡܝܬܢܢ	ܡܝܬܬ

Vide exempla Matth. 2, 19. 20. cap. 9, 18. Rom. 6, 2. cap. 7, 4. 10. Gal. 2, 19. Tale etiam foret ܪܝܚ *odoratus est*, quod Castellus Lex. Heptagl. sed sine adiecta auctoritate adfert.

Exempla infinitivi sunt: ܕܝܢ *iudicare* ܙܝܥ *emoveri* Act. 12, 15. ܚܝܪ *intueri* 2. Cor. 3, 7.

In imperat. et futuro, ܣܡ *posuit* itidem habet jud cum previo ʺ, hoc modo:

Imperativus.

ܦܣܘܩ ܦܣܘܩܝ ܦܣܘܩܘ ܦܣܘܩܝܢ

Futurum.

Plur.	Sing.
ܢܦܣܘܩ	ܐܦܣܘܩ
ܬܦܣܩܘܢ ܬܦܣܩܢ	ܬܦܣܘܩ ܬܦܣܩܝܢ
ܢܦܣܩܘܢ ܢܦܣܩܢ	ܢܦܣܘܩ ܬܦܣܘܩ

Exempla sunt Matth. 6, 20. cap. 9, 18. cap. 12, 18. cap. 22 44. Act. 4, 21. Hebr. 1, 13. regularia vero ܐܕܘܢ *iudicabo* Ioh. 12, 47. ܢܫܘܛ *contemnet* Matth. 6, 24. ܬܕܘܢܘܢ *iudicabitis* cap. 19, 28. ܚܘܪ *intuere* Gen. 15, 4. ܨܘܬܝܢ *auscultate* fem. Esa. 49, 1.

Exempla participii poel haec sunt, ܕܝܢܝܢ *iudicantes* Matth. 7, 2. ܚܐܛ *peccans* ܡܐܬ *moriens*, ܡܝܬܝܢ *morientes* 1. Cor. 15, 22. et ante 3. gutturalem, ܓܐܪ *adulterans* Matth. 19, 9. ܙܐܥ *commotus* Matt. 2, 5. ܚܐܪ *intuens* Act. 27, 12. coll. lib. I. cap. II. §. 10. 2 De lectione ܐ participialis in his verbis relege lib. I cap. I. §. 3. 1.

Exempla participii peil: ܕܝܢ *iudicatus* Ioh. 3, 18 ܣܝܡ *positus* Matth. 3, 10. ܣܝܡܢ *positae* Ioh. 2, 6.

4. Ethpeel et ettaphal in flexione prorsus coincidunt: probabiliter ex ratione supra comme-

morata §. 6. Geminatur autem in ethpeel ܬ characteristicum, verosimiliter ex eius confusione cum ettaphal, in qua ܐ characteristicum aphel post praeformativum ܐܬ mutari solet in ܬ, coll. §. 6. 2. Exempla sunt: ܐܬܬܙܝܥ *commotus est*, Matth. 2, 3. ܢܬܬܪܝܡ *exaltabitur*, cap. 23, 12. ܬܬܕܝܫ pro ܬܬܬܕܝܫ *conculcabitur*, cap. 5, 13. ܬܬܦܝܣ pro ܬܬܬܦܝܣ *persuadeberis*, Act. 23, 21. ܐܬܬܢܝܚܘ *requiescite*, Matth. 26, 45. ܡܬܬܕܝܢ *iudicandus*, Ioh. 3, 18. Attamen ab ܐܦܝܣ *persuasit*, frequentius fere dicitur ܐܬܛܦܝܣ *persuasus est*, Act. 18, 20, mutato ܬ posteriori in ܛ, secundum regulam lib. I. cap. I. §. 9. 1.

5. In aphel confer exempla, ܐܩܝܡ *constituit* Matth. 4, 5. ܢܩܝܡ *suscitabit* cap. 22, 24. ܡܩܡܘ *suscitare* cap. 3, 9. ܡܫܝܓܝܢ *abluentes* 1. Petr. 3, 31. ܡܦܣ *persuasus*.

VERBUM QUIESCENS

med. rad. wau, ܩܡ *stetit*.

Peal	Ethpeel.
ܩܡ ܩܡܬ	ܐܬܬܩܝܡ ܐܬܬܩܝܡܬ
ܩܡܬ ܩܡܬܝ	ܐܬܬܩܝܡܬ ܐܬܬܩܝܡܬܝ
ܩܡܬ	ܐܬܬܩܝܡܬ
ܩܡܘ ܩܡܝ ܩܡܝܢ	
ܩܡܬܘܢ ܩܡܬܝܢ	
ܩܡܢ ܩܡܢܢ	
ܡܩܡ	ܡܬܬܩܡܘ
ܩܘܡ ܩܘܡܝ	ܐܬܬܩܝܡ ܐܬܬܩܝܡܝ
ܩܘܡܘ ܩܘܡܝܢ	ܐܬܬܩܝܡܘ ܐܬܬܩܝܡܝܢ
ܐܩܘܡ	ܐܬܬܩܝܡ
ܬܩܘܡ ܬܩܘܡܝܢ	ܬܬܩܝܡ ܬܬܩܝܡܝܢ
ܢܩܘܡ ܬܩܘܡܝ	ܢܬܬܩܝܡ ܬܬܩܝܡܝ
ܢܩܘܡ	
ܬܩܘܡܘܢ ܬܩܘܡܝܢ	
ܢܩܘܡܘܢ ܢܩܘܡܝܢ	
ܩܐܡ ܩܝܡܐ	ܡܬܬܩܝܡ ܡܬܬܩܝܡܐ
ܩܝܡܝܢ ܩܝܡܢ	
ܩܝܡ ܩܝܡܐ	
ܩܝܡܝܢ ܩܝܡܢ	

VERBUM QUIESCENS

med. rad. wau, ܩܡ *stetit.*

Ethpaal.	Pael.	
ܐܬܩܝܡ ܐܬܩܝܡܬ	ܩܝܡ ܩܝܡܬ	Praet.
ܡܬܩܝܡܘ	ܡܩܝܡܘ	Inf.
ܐܬܩܝܡ ܐܬܩܝܡܝ	ܩܝܡ ܩܝܡܝ	Imp.
ܐܬܩܝܡ	ܐܩܝܡ	Fut
	ܠܩܝܡ ܠܩܝܡܘܢ	
ܡܬܩܝܡ	ܡܩܝܡ	P.act.
	ܡܩܝܡ	P.pas.

Ettaphal.	Aphel.	
ܐܬܬܩܝܡ ܐܬܬܩܝܡܬ	ܐܩܝܡ ܐܩܝܡܬ	Praet.
ܐܬܬܩܝܡܬ ܐܬܬܩܝܡܬܘܢ	ܐܩܝܡܬ ܐܩܝܡܬܘܢ	
ܐܬܬܩܝܡܬ	ܐܩܝܡܬ	
ܡܬܬܩܡܘ	ܡܩܡܘ	Inf.
ܐܬܬܩܝܡ ܐܬܬܩܝܡܝ	ܐܩܝܡ ܐܩܝܡܝ	Imp.
ܐܬܬܩܝܡ	ܐܩܝܡ	Fut.
ܠܬܬܩܝܡ ܠܬܬܩܝܡܘܢ	ܠܩܝܡ ܠܩܝܡܘܢ	
ܢܬܬܩܝܡ ܠܬܬܩܝܡܝ	ܢܩܝܡ ܠܩܝܡܝ	
ܡܬܬܩܝܡ ܡܬܬܩܝܡܐ	ܡܩܝܡ ܡܩܝܡܐ	p.act.
	ܡܩܡ ܡܩܡܐ	P.pas.

XVIII. Verba 3. rad. ܐ (praeter haec quatuor ܒܝܐ *consolatus est*, ܛܡܐ *taminavit*, ܦܐܐ *condecoravit*, ܣܐܐ *foedavit*, quae gutturalia sunt, et de quibus supra egimus §. 12.) respondent Hebraeorum quiescentibus א non solum, sed etiam ה, quae apud Syros coincidunt, et eodem flectuntur modo: ut ܩܪܐ קָרָא *vocavit*, ܣܢܐ שָׂנֵא *odit*, ܡܠܐ מָלֵא *implevit*, ܒܢܐ בָּנָה *aedificavit*, ܪܒܐ רָבָה *crevit*, et quod nobis pro paradigmate verborum serviet, ܓܠܐ גָּלָה *manifestavit*. Sunt autem illa

1. Vel simplicis tantum anomaliae, quorum typum paradigma ܓܠܐ exhibet. Ubi tamen nota, in praeterito peal pro ܓܠܐ etiam ܓܠܝ dici posse, mutato ܐ in ܝ; uti in reliquarum coniugationum praeteritis fit regulariter: nempe ܚܕܝ *gavisus est*, ܣܓܝ *crevit*, ܣܪܝ *putidus factus est*, ܪܘܝ *inebriatus est*, ܫܠܝ *cessavit* 1. Petr. 4, 1. Ea autem sic flectuntur:

Plur.			Sing.	
ܚܕܝܢ 1.	ܚܕܝܘܢ	ܚܕܝܘ	ܚܕܝܬ	ܚܕܝ
ܚܕܝܬܝܢ	ܚܕܝܬܘܢ		ܚܕܝܬܝ	ܚܕܝܬ
ܚܕܝܢܢ 1.	ܚܕܝܢ			ܚܕܝܬ

Exempla sunt: ܚܕܝܬ (Gutbier ܚܕܝܬ perperam) *gavisa est* Luc. 1, 47. ܣܓܝܬ *crevit* fem. Rom. 5, 20. 1 Tim. 1, 14. ܫܠܝܬ *cessavit* fem. Matth. 14, 32. ܚܕܝܘ *gavisi sunt* Matth. 2, 10. ܣܪܝ *putidae factae sunt* Ps. 38, 6.

Verbum ܣܢܐ *odit* in participio poel et peil servat ܐ: illic quidem ante suffixa, ut ܣܢܐܝܢ *osores nostri* Luc. 1, 71. hic vero etiam absolute, ut ܣܢܐܝܢ *odio habiti* Matth. 10, 12. cap. 24, 9. utrumque ad imitationem verbi perfecti.

In ethpeel imperativum sing. masc. ordinarie quidem formatur ܐܬܓܠܝ *revelare* P. 94, 1. ܐܬܬܘܝ *resipisce* Apoc. 3, 3. 19. at a ܦܢܐ fiet ܐܬܦܢܝ *convertere* Luc. 9. 38. cap. 22, 32. et sine jud otiante, ܐܬܦܢ Ps. 6, 5. et 80, 15. Reliqua tamen paradigmati conformantur, ut ܐܬܦܢܝ *convertere* fem. Ps. 116, 7. ܐܬܦܢܘ *convertimini* Actor. 3, 19. Zach. 1, 4. ܐܬܡܠܘ *implemini* Eph. 5, 18.

2. Vel dupliciter anomala sunt, ut cum ܐ prosthetico, ܐܫܬܝ pro ܫܬܝ vel ܫܬܐ *bibit*, unde fem. ܐܫܬܝܬ *bibit* Hebr. 6, 7. ܐܫܬܝܬ *bibi* Matth.

26, 42. ܐܫܬܝܢ *bibimus* Luc. 13, 26. secundum Polygl. at ܐܫܬܝܢ ibid. secundum Gutbier, et utramque editionem Act. 10, 41. velut ex ܐܫܬܐ *bibit*; ܐܫܬܝܘ *biberunt* masc. Marc. 14, 23. Sic et in imperat. ܐܫܬܝ *bibe* masc. Gen. 24, 14. 16. ܐܫܬܝ *bibe* fem. Luc. 12, 19, ܐܫܬܘ *bibite* masc. Matth. 26, 27. Conf. simile ܐ prostheticum in ܐܫܟܚ *invenit*, §. 10. 6. et lib. I. cap. I. §. 5, 2. At reliqua tempora sunt analogica: ut ܐܫܬܐ *bibam* Matth. 26, 29. ܡܫܬܐ *bibere* Marc. 15, 23. ܫܬܐ *bibens*. Aut denique eadem verba sunt cum ܐ prima radicis ut ܐܬܐ *venit*; de quo vide supra, § 14. 1,

Verbum ܚܝܐ *vixit*; cuius media jud excidit post litteras praeformativas; ut in infinit. ܡܚܐ pro ܡܚܝܐ *vivere* Ezech. 18, 21. 22. vel cum inserto olaph, ܡܐܚܐ idem Gen. 6, 20. fut. ܐܚܐ pro ܐܚܝܐ *vivam* Ps. 118, 17. ܢܚܐ *vivet* Ioh. 6, 57. ܢܐܚܘܢ *vivent* Esa. 26. 19. Sic in aphel ܐܚܝ pro ܐܚܝܝ *servavit* Matth. 27, 42. ܡܚܝܘ *servare* ibid. vel ܡܐܚܝܘ Hebr. 7, 25. ܐܚܐ *servabo* Ioh. 12. 47. ܬܐܚܐ *servabis* Cor. 7, 16. fem. ܬܐܚܝܢ ibid. ܐܚܐ *serva* Luc. 23.

37. ܡܚܝܳܐ pro ܡܚܝܝܳܐ *vivificans* fem. a masc. ܡܚܶܐ pro ܡܚܝܶܐ idem. Specialiter in imperat. peal ܚܺܝ pro ܚܝܝ *vive* Dan. 2, 4. et in particip. ܚܰܝ *vivens* fem. ܚܝܳܐ pro ܚܝܝܳܐ 1. Tim. 2, 15. plur. ܚܰܝܺܝܢ Matth. 15, 27. vel ܚܰܝܝܺܢ 1. Cor. 15, 2.

3. Ubi media radicis pariter est olaph. Haec enim verba suam simul sequuntur anomaliam, de qua supra §. 16. Ut ܟܐܳܐ pro ܟܐܐ *increpavit* Matth. 8, 26. imperat. ܟܐܝ pro ܟܐܝ *increpa* Luc. 17, 3. infinit. ܡܶܟܐܳܐ *increpare* Marc. 8. 32. particip. ܟܳܐܶܝܢ *increpantes* Matth. 20, 31. vel ܟܳܐܐܶܝܢ Marc. 10, 13, Sin ultima ܐ secundum num. 2. mutata sit in ܝ, ut ܠܐܝ pro ܠܐܝ, et hoc pro ܠܐܐ *laboravit*, flexio praeteriti fit hoc modo:

Plur.			Sing.	
ܠܐܝܘ	ܠܐܝ̈ 1.	ܠܐܝܢ	ܠܐܝܬ	ܠܐܝ
ܠܐܝܬܘܢ		ܠܐܝܬܝܢ	ܠܐܝܬܝ	ܠܐܝܬ
ܠܐܝ	1.	ܠܐܝܢ		ܠܐܝܬ

exempla sunt Rom. 16, 6. 12, 1. Cor. 15, 10. Apoc. 2, 3. Ioh. 4, 38. Phil. 4, 3. Rom. 16, 12. Luc. 5, 5.

4. Verba quadrilittera in ܝ terminata; quae vero ceterum plane ἀναλόγως ad typum verbi ܓܠܐ in pael et ethpaal flectuntur: ut in pael, praeterit.

ܦܪܣܡ *publicavit*, infinit. ܡܦܪܣܡܘ, imper. ܦܪܣܡ futur. ܐܦܪܣܡ, particip. act. ܡܦܪܣܡ, passiv. ܡܦܪܣܡ, et in ethpaal praeterit. ܐܬܦܪܣܡ; infinit. ܡܬܦܪܣܡܘ imperat. ܐܬܦܪܣܡ, futur. ܐܬܦܪܣܡ, particip. ܡܬܦܪܣܡ.

VERBUM QUIESCENS

ult. rad. olaph, ܓܠܐ *manifestavit.*

Ethpeel.	Peal.
ܐܬܓܠܝ ܐܬܓܠܝܬ	ܓܠܐ ܓܠܬ
ܐܬܓܠܝܬ ܐܬܓܠܝܬܝ	ܓܠܝܬ ܓܠܝܬܝ
ܐܬܓܠܝܬ	ܓܠܝܬ
ܐܬܓܠܝܘ ܐܬܓܠܝ l. ܐܬܓ	ܓܠܘ ܓܠܝ l. ܓܠܝܢ
ܐܬܓܠܝܬܘܢ ܐܬܓܠܝܬܝܢ	ܓܠܝܬܘܢ ܓܠܝܬܝܢ
ܐܬܓܠܝܢ l. ܐܬܓܠܝܢܢ	ܓܠܝܢ l. ܓܠܝܢܢ
ܡܬܓܠܝܘ	ܡܓܠܐ
ܐܬܓܠܝ ܐܬܓܠܝ	ܓܠܝ ܓܠܝ
ܐܬܓܠܘ ܐܬܓܠܝܝܢ	ܓܠܘ ܓܠܝܝܢ
ܐܬܓܠܐ	ܐܓܠܐ
ܬܬܓܠܐ ܬܬܓܠܝܢ	ܬܓܠܐ ܬܓܠܝܢ
ܢܬܓܠܐ ܬܬܓܠܐ	ܢܓܠܐ ܬܓܠܐ
ܢܬܓܠܐ	ܢܓܠܐ
ܬܬܓܠܘܢ ܬܬܓܠܝܢ	ܬܓܠܘܢ ܬܓܠܝܢ
ܢܬܓܠܘܢ ܢܬܓܠܝܢ	ܢܓܠܘܢ ܢܓܠܝܢ
ܡܬܓܠܐ ܡܬܓܠܝܐ	ܓܠܐ ܓܠܝܐ
ܡܬܓܠܝܢ ܡܬܓܠܝܢ	ܓܠܝܢ ܓܠܝܢ
	ܓܠܐ ܓܠܝܐ
	ܓܠܝܢ ܓܠܝܢ

VERBUM QUIESCENS

ult. rad. olaph, ܓܠܐ *manifestavit*.

Ethpaal.		Pael.	
ܐܬܓܠܝܬ	ܐܬܓܠܝ	ܓܠܝܬ	ܓܠܝ
ܐܬܓܠܝܬܝ	ܐܬܓܠܝܬ	ܓܠܝܬܝ	ܓܠܝܬ
ܐܬܓܠܝܬ		ܓܠܝܬ	
		ܓܠܝ̈ l. ܓܠܝܘܢ	ܓܠܝܘ
		ܓܠܝܬܝܢ	ܓܠܝܬܘܢ
		ܓܠܝܢ l. ܓܠܝܢܢ	
ܡܬܓܠܝܘ		ܡܓܠܝܘ	
ܐܬܓܠܝ	ܐܬܓܠܐ	ܓܠܝ	ܓܠܐ
		ܓܠܝ̈ܢ	ܓܠܘ
ܐܬܓܠܐ		ܐܓܠܐ	
ܬܬܓܠܝܢ	ܬܬܓܠܐ	ܬܓܠܝܢ	ܬܓܠܐ
		ܬܓܠܐ	ܢܓܠܐ
		ܢܓܠܐ	
		ܬܓܠܝ̈ܢ	ܬܓܠܘܢ
		ܢܓܠܝ̈ܢ	ܢܓܠܘܢ
ܡܬܓܠܝܐ	ܡܬܓܠܐ	ܡܓܠܝܐ	ܡܓܠܐ
ܡܬܓܠܝ̈ܢ	ܡܬܓܠܝܢ	ܡܓܠܝ̈ܢ	ܡܓܠܝܢ
		ܡܓܠܝܐ	ܡܓܠܝ
		ܡܓܠܝ̈ܢ	ܡܓܠܝܢ

VERBUM QUIESCENS

ult. rad. olaph, ܓܠܐ *manifestavit.*

Ettaphal.	Aphel.
ܐܬܬܓܠܝ ܐܬܬܓܠܝܬ ܐܬܬܓܠܝܬ	ܐܓܠܝ ܐܓܠܝܬ ܐܓܠܝܬ
ܐܬܬܓܠܝܬܘܢ	ܐܓܠܝܬܘܢ
ܐܬܬܓܠܝܬܝ ܐܬܬܓܠܝܬܝܢ ܐܬܬܓܠܝܬ	ܐܓܠܝܬ ܐܓܠܝܬܝ ܐܓܠܝܬ
ܐܬܬܓܠܐ	ܐܓܠܐ
ܐܬܬܓܠܐ ܐܬܬܓܠܐ ܐܬܬܓܠܝܢ	ܐܓܠܐ ܐܓܠܐ ܐܓܠܝܢ
ܢܬܬܓܠܐ ܐܬܬܓܠܐ	
ܡܬܬܓܠܐ ܡܬܬܓܠܝܐ ܡܬܬܓܠܝܐ	ܡܓܠܐ ܡܓܠܝܐ ܡܓܠܝܐ
	ܡܓܠܝܢ ܡܓܠܝܐ

XIX. Verba defectiva, quatenus a geminatis distinguuntur, ordinarie ac regulariter alia non sunt, quam quae primam radicis nun habent; ut ܢܓܕ *traxit*, ܢܚܬ *descendit*, ܢܛܪ *servavit*, ܢܣܒ *accepit* cet. Referri tamen ad illa possunt (si infinitivum, imperativum et futurum peal spectes) ex verbis 1. rad. jud, ܝܕܥ *cognovit*, et ܝܬܒ *sedit*: de quibus supra, §. 15. 1. Nam quae tertiam radicalem nun vel thau habent, apud Syros integre flectuntur: ut ܗܝܡܢܢ *credidimus* Gal. 2, 16, ܣܝܒܪܢ *sustinuimus* 1. Thess. 3, 1. a ܣܝܒܪ *susti-*

nuit; ܢܚܬܬܘܢ *descendistis* 1. Cor. 11, 17. ܒܗܬܬܝ *pudefacta es* Ier. 2, 36. a ܒܗܬ *pudefactus est*. Et quamvis huc pertinere videatur verbum med. rad. lomad ܣܠܩ *adscendit*; utpote a quo dici videntur, eliso lomad, imper. ܣܩ *adscende*, infinit. ܡܣܩ *adscendere*, futur. ܐܣܩ *ascendam*, aph. ܐܣܩ *adscendere fecit* cet. tamen istae formae defectivae non sunt a ܣܠܩ, sed a cognato chald. נְסַק *adscendit*.

Et verba quidem pe-nun in ethpeel, pael, ethpaal, per omnia tempora et modos, nec non in praeterito et participiis peal, perfecte flectuntur: at in infinitivo, imperativo, et futuro peal, et in integris coniugationibus aphel et ettaphal, illud nun suum amittunt: ut ܡܦܩ pro ܡܢܦܩ *exire* Act. 16, 10. ܦܘܩ pro ܢܦܘܩ *exi* Esa. 7, 3. ܢܦܘܩ pro ܢܢܦܘܩ *exibit* Matth. 2, 6. ܐܦܩ pro ܐܢܦܩ *eiecit* cap. 9, 25. ܡܦܩܘ pro ܡܢܦܩܘ *eiicere* cap. 7, 5. cet.

Excipiuntur tamen ab hac defectivorum regula 1. geminata, ut ܒܙ pro ܒܙܙ *aversatus est*. 2. quiescentia med. rad. wau, ut ܢܚ pro ܢܘܚ

quievit, ܢܳܕ *agitatus est*. 3. quae mediam he habent, ut a ܢܗܰܪ *luxit*, ܢܶܢܗܰܪ *luceat* Matth. 5, 16. ܐܰܢܗܰܪ *accendit* Act. 16, 29. et a ܢܗܰܡ *fremuit*, ܐܰܢܗܶܡܬܽܘܢ *fremetis* Esa. 16, 7. Porro in imperativo futuroque peal habent ܢ; ܛܰܪ *serva*, a ܢܛܰܪ Matth. 19, 17. ܣܰܒܘ *accipite*, a ܢܣܰܒ cap. 25, 28. ܣܰܩ *adscende*, ab inusitato ܢܣܰܩ pro ܣܠܶܩ *adscendit*, Ioh. 7, 8. ܩܰܦ *adhaere*, a ܢܩܰܦ, Act. 8, 29. ܢܶܣܰܒ *accipiet* cap. 8, 17. ܢܶܛܰܪ *servabit*. Act. 16, 23. ܢܶܩܰܦ *adhaerebit* Matth. 19, 5. at ܢ, ܦܶܠ *cade*, a ܢܦܰܠ, Matth. 21, 21. ܦܽܘܨܘ *excutite*, a ܢܦܰܨ, cap. 10, 14. ܢܶܦܶܠ *cadet* cap. 5, 29. ܢܶܬܶܠ *dabit*, a ܢܬܰܠ, cap. 20, 28. ܐܶܓܶܕ, a ܢܓܰܕ, *traham* Ioh. 12, 32.

VERBUM DEFECTIVUM

1. rad. nun, ܢܦܩ *exiit.*

Ethpeel.	Peal.
ܐܬܢܦܩ ܐܬܢܦܩܬ	ܢܦܩ ܢܦܩܬ
	ܢܦܩܬ ܢܦܩܬܝ
	ܢܦܩܬ
	ܢܦܩܘ ܢܦܩ ܝܢ
	ܢܦܩܬܘܢ ܢܦܩܬܝܢ
	ܢܦܩܢ ܢܢ
ܡܬܢܦܩܘ	ܡܦܩ
ܐܬܢܦܩ	ܦܘܩ ܦܘܩܝ
	ܦܘܩܘ ܦܘܩܝܢ
ܐܬܢܦܩ	ܐܦܘܩ
	ܬܦܘܩ ܬܦܘܩܝܢ
	ܢܦܘܩ ܬܦܘܩ
	ܢܦܘܩ
	ܬܦܩܘܢ ܬܦܩܢ
	ܢܦܩܘܢ ܢܦܩܢ
ܡܬܢܦܩ	ܢܦܩ ܢܦܩܐ
	ܢܦܩܝܢ ܢܦܩܢ
	ܢܦܝܩ ܢܦܝܩܐ
	ܢܦܝܩܝܢ ܢܦܝܩܢ

VERBUM DEFECTIVUM

1. rad. nun, ܢܦܰܩ *exiit.*

Ethpaal.	Pael.	
ܐܶܬܢܰܦܰܩ	ܢܰܦܶܩ	Praet.
ܡܶܬܢܰܦܳܩܽܘ	ܡܢܰܦܳܩܽܘ	Inf.
ܐܶܬܢܰܦܰܩ	ܢܰܦܶܩ	Imp.
ܐܶܬܢܰܦܰܩ	ܐܢܰܦܶܩ	Fut.
	ܢܢܰܦܶܩ	
ܡܶܬܢܰܦܰܩ	ܡܢܰܦܶܩ	P. act.
	ܡܢܰܦܰܩ	P. pas.

Ettaphal.	Aphel.	
ܐܶܬܬܰܦܰܩ	ܐܰܦܶܩ	Praet.
ܡܶܬܬܰܦܳܩܽܘ	ܡܰܦܳܩܽܘ	Inf.
ܐܶܬܬܰܦܰܩ	ܐܰܦܶܩ	Imp.
ܐܶܬܬܰܦܰܩ	ܐܰܦܶܩ	Fut.
ܡܶܬܬܰܦܰܩ	ܡܰܦܶܩ	P. act.
	ܡܰܦܰܩ	P. pas.

XX. Verba med. radicis geminatae in coniugationibus ethpeel, pael, ethpaal ubique, in pael vero nonnisi in participio peil, perfecte flectuntur: ut in peil, ܪܓܝܓ *concupiscens* Phil. 1, 23. ܟܦܝܠܐ *duplicatus* 1. Tim. 5, 17. ܦܨܝܥܝܢ *vulnerati* Act. 19, 16. ܪܨܝܨܐ *fractus* Matth. 12, 20. In ethpeel, ܐܬܪܚܡܬܘܢ *misericordiam consecuti estis* Rom. 11, 30. ܐܬܕܩܩܘ *comminuti sunt* Dan. 2, 35. ܢܬܪܨܨ *confringetur* Matth. 22. 44. ܡܬܪܣܣ *conspersus* Hebr. 9, 13. In pael ܕܩܩܬ *comminuit* fem. Dan. 2, 34 35. ܡܡܠܠܘ *loqui* Dan. 12, 14. ܡܠܠܘ *loquimini* Zach. 8, 16. ܬܕܩܩ *comminuet* fem. Dan. 2, 44. In ethpaal, ܢܬܡܠܠ *sermo fiet* Act. 9, 6. ܡܬܡܠܠܢ *loquendae* Rom. 8, 26.

Ast in peal, (excepto peil) aphel et ettaphal, media radicis eliditur, remissa eius (si quam habeat) vocali ad primam radicalem; idque vel

1. Cum compensatione, quae fit 1. ordinarie quidem per geminationem primae radicalis, si hanc praecedat aliqua praeformativarum litterarum, ut in fut. peal, ܐܪܘܣ, ܬܪܘܣ, ܬܪܣܝܢ, pro ܐܪܣܘܣ, ܬܪܣܘܣ, ܬܪܣܣܝܢ *adspergam*, *adsperges* masc. et fem. quae lege *erûs*, *terûs*, *tersin*; in aph. ܐܕܩ *addek* pro ܐܕܩܩ *adkek*, *comminuit*,

in fem. ܐܕܩܬ *add'kath* pro ܐܕܩܩܬ *adk'kath*; in ettaphal ܐܬܬܕܩ *ettaddak* pro ܐܬܬܕܩܩ *ettadkak*, *comminutus est*. 2. Per geminationem ult. rad. si praeformativa nulla adsit, et ultima radicalis vocalem habeat: ut in praet. peal ܪܣܬ *resáth* pro ܪܣܣܬ *adspersit* fem. ܪܣܬ *resêth* pro ܪܣܣܝܬ *adspersi*.

2. Vel eliditur sine compensatione, si neque praeformativa adsit, neque ultima radicis vocalem habeat; ut in praeter. peal ܪܣ *ras* pro ܪܣܣ *r'sas*, *adspersit*, imp. ܪܘܣ *rûs* pro ܪܣܘܣ *r'sûs*, *adsperge*.

Excipiuntur vero ab hac geminatorum lege, quae mediam olaph geminant: ut ܒܐܐ pro ܒܐܐ *eminuit*, ܝܐܐ pro ܝܐܐ *decuit*, ܟܐܐ *increpavit*, ܠܐܐ seu ܠܐܝ *laboravit*, ܦܐܐ, unde ܦܐܝܐ *pulcher*, ܢܐܐ, unde ܢܐܐ *sordidus*: utpote quae pertinent partim ad §. 16. partim ad §. 18.

Porro in peal, in praeteriti 3. pl. fem. dicitur indifferenter ܥܠ̈ܝ et ܥܠ̈ܝܢ *ingressae sunt*, Matth. 25, 10. Marc. 16, 5.

In imperativo, ܥܘܠܘ *intrate* Matth. 7, 13. ܦܘܠ *frange* Lev. 6, 21. et per pthocho, ܛܢ *aemu-*

lare Apoc.3,19. plur. ܛܢܘ *aemulamini* 1.Cor.14,1.

In futuro itidem non solum ܬܥܘܠ *ingredieris* Matth. 8, 8. ܢܒܘܙ *exspoliabit* Marc. 3, 27. ܢܪܘܣ *adsperget* Lev. 4, 6. 17. 18. plur. ܢܪܘܣܘܢ *adspergent* cap. 3, 2. ܐܚܘܢ *miserebor* Rom. 9, 15. sed etiam per pthocho, ܬܛܢ *aemulaberis* Ps. 37, 1. ܬܪܓ *concupisces* Rom. 7, 7. ܢܚܫ *patietur* Matth. 16, 21. Reperitur quidem et ܬܚܘܢ *misereberis* Matth. 18, 33. sine ܿ sub praeformativa, quod vero vel mendosum est, vel a cognata radice ܚܢ pro ܚܘܢ derivandum, uti ܟܦܠ et ܥܦܠ est *duplicavit*.

In participio activo loco mediae radicalis assumitur olaph, ut ܚܐܫ *patiens* 1. Petr. 2, 13. ܚܐܢ *miserans* Rom. 9, 15. ܦܐܪ *abscindens* Luc. 5, 36. ܪܐܓ *concupiscens* Gal. 5, 17. quod vero olaph in feminino et plurali rursus abit, ut ܦܝܫܝܢ *erumpentes* Ex. 26, 24. ܪܝܓܐ *concupiscens* fem. Iac.4,5, ܚܝܫܝܢ *patientes* 1. Petr. 4, 19. Manet tamen olaph, regulariter in ܥܠ *ingressus est*, ܥܐܠ *ingrediens* masc. Ioh. 10, 1. ܥܐܠܐ fem. Ioh. 19, 41. plur. ܥܐܠܝܢ Matth. 10, 12. fem. ܥܐܠܢ cap. 12, 45. raro in aliis. ut ܪܐܓܝܢ *concupiscentes* Hebr. 11, 16.

In pael et ethpaal nonnulla radicales geminant, fiuntque quadrilittera; ut ܓܪܓܪ *traxit* Act. 8, 3. ܡܪܡܪ *exacerbavit* Num. 20, 24. ܐܬܡܪܡܪ *amaritudine adfectus est* Act. 17, 16. quin accedente scin, quinquelittera; ut ܡܫܬܓܪܓܪܝܢ *pellecti* Iud. v. 8.

In aphel manet aliquando olaph characteristicum coniugationis post praeformativas temporum; ut ܡܐܚܒܘ pro ܡܚܒܘ *amare* Rom. 13, 8. ܬܐܓܢ *habitabit* Act. 2, 26. et in participio media radicis elisa aliquando redit, sed occultata; ut ܡܛܠܠܝܢ pro ܡܛܠܝܢ *obumbrantes* Hebr. 9, 5.

VERBUM

med. rad. geminatum, ܪܣ *adspersit.*

Ethpeel.	Peal.
ܐܬܪܣ ܐܬܪܣܬ	ܪܣ ܪܣܬ
ܐܬܪܣܬ ܐܬܪܣܬܝ	ܪܣܬ ܪܣܬܝ
ܐܬܪܣܬ	ܪܣܬ
	ܪܣܘ ܪܣܝ ܝܢ
	ܪܣܬܘܢ ܪܣܬܝܢ
	ܪܣܢ ܪܣܢ
ܡܬܪܣܘ	ܡܪܣ
ܐܬܪܣ ܐܬܪܣܝ	ܪܘܣ ܪܘܣܝ
	ܪܘܣܘ ܪܘܣܝܢ
ܐܬܪܣ	ܐܪܘܣ
ܬܬܪܣ ܬܬܪܣܝܢ	ܬܪܘܣ ܬܪܘܣܝܢ
	ܢܪܘܣ ܬܪܘܣܢ
	ܢܪܘܣ
	ܬܪܣܘܢ ܬܪܣܢ
	ܢܪܣܘܢ ܢܪܣܢ
ܡܬܪܣ ܡܬܪܣܐ	ܪܐܣ ܪܣܐ
	ܪܣܝܢ ܪܣܢ
	ܪܣܝܣ ܪܣܝܣܐ
	ܪܣܝܣܝܢ ܪܣܝܣܢ

VERBUM

med. rad. geminatum ܪܣ *adspersit.*

Ethpaal.	Pael.	
ܐܬܪܣܣ	ܪܣܣ	Praet.
ܡܬܪܣܣܘ	ܡܪܣܣܘ	Inf.
ܐܬܪܣܣ	ܪܣܣ	Imp.
ܐܬܪܣܣ	ܐܪܣܣ	Fut.
	ܬܪܣܣ	
ܡܬܪܣܣ	ܡܪܣܣ	P.act.
	ܡܪܣܣ	P.pas.

Ettaphal.	Aphel.	
ܐܬܬܪܣ	ܐܪܣ ܐܪܣܬ	Praet.
ܡܬܬܪܣܘ	ܡܪܣܘ	Inf.
ܐܬܬܪܣ	ܐܪܣ	Imp.
ܐܬܬܪܣ	ܐܪܣ	Fut.
ܡܬܬܪܣ	ܡܪܣ	P.act.
	ܡܪܣ	P.pas.

CAPUT II.

De paradigmatibus nominum.

I. Nomen considerabimus itidem ratione accidentium suorum: ut sunt forma, species, figura, qualitas, genus, motio, comparatio, casus, numerus, status, flexio.

II. Ratione formae nomina generatim vel nuda sunt, quae litteris mere radicalibus constant, ut ܓܒܪܐ *vir*; vel *aucta*, in quibus ultra radicales litteras etiam serviles, eaeque formativae accesserunt, sive hae sint praeformativae ab initio nominum, ut ܡܚܙܐ *adspectus*, a ܚܙܐ *vidit*; sive adformativae in illorum fine, ut ܙܕܩܬܐ *eleemosyna*, a ܙܕܩ *iustus fuit*; sive utriusque generis simul, ut ܡܪܚܡܢ *miserator*, a ܪܚܡ *misertus est*, ܡܚܫܒܬܐ *cogitatio*, a ܚܫܒ *cogitavit*, cet. Conf. lib. I. cap. I. §. 5. 2.

Potiores nominum syriacorum formas sequentia dabunt paradigmata §. 11. et 12. Ut significatione aliae ab aliis differunt, et vel habitum ac professionem significant, v. g. ܕܝܢܐ *iudex*, ܓܢܢܐ *hortulanus*, vel actorem, ut ܥܡܘܪܐ *habitator*, ܚܛܘܦܐ *raptor*, cet. ita et origo illarum ex diversis radicum coniugationibus diversa est, quarum-

dam ex peal, ut ܝܠܝܕ *infans*, ܟܬܝܒ *scriptum*, aliarum ex ethpeel, ut ܡܫܬܡܥܢ *obediens*; ex pael, ܦܘܠܓ *divisio*, ܡܓܕܦܢ *blasphemator*, quod est ex participio eius coniugationis activo, sicut contra ex passivo sua eadem forma dicitur ܡܫܡܠܝܢ *perfectus* 2. Tim. 3, 17. Hebr. 9, 11. Iac. 1, 4. ex etphaal ܡܫܬܡܠܝܢܘܬܐ ἡ οἰκουμένη; ex aphel, ܡܥܗܕܢܘܬ *commonefactio*; ex ettaphal, ܡܬܬܦܝܣܢܘܬ *persuasio* cet.

Ratione speciei nomina sunt vel primitiva, quae licet a verbis, tamquam radicibus, tamen ab alio nomine deducta non sunt, ut ܡܪܚܡܢ *misericors*; vel derivativa, quae ab alio nomine deducta sunt, ut quum a ܡܪܚܡܢ *misericors* fit ܡܪܚܡܢܘܬܐ *misericordia*.

III. Ratione figurae nomina vel simplicia sunt; ut ܪܫܐ *caput*; ܐܝܕܐ *manus*: vel composita, qualia apud Syros plura quam apud Hebraeos sunt; ut ܐܟܠܩܪܨܐ *accusator*, q. d. *edax criminationis vel excidii*, Matth. 4, 1. ܒܪܬܩܠܐ *voces*, qs. *filiae vocum* Act. 12, 22. ܒܪܢܫ *homo*, *filius hominis*, Rom. 3, 4. ܒܥܠܕܒܒܐ *inimicus*, *dominus inimicitiae* Matth. 13, 28. 39. ܒܥܠܕܝܢܐ *adversa-*

rius, *dominus iudicii* Luc. 12, 58. ܫܢܗܦܝܠܐ *ebur*, *os elephanti* Apoc. 18, 12. ܣܝܡܝܕܐ χειροθεσία, *impositio manus* 1. Tim. 4, 14. ܣܡܓܘܢܐ chald. ססגונא *color caeruleus* Ex. 25, 5. ܡܗ ܡܗ (quidquid hoc tandem sit) et ܓܘܢܐ *color*, ܬܘܕܝܬܐ *gratiarum actio* Apoc. 7, 12. ܪܝܫܥܠܠܬܐ *primitiae proventuum* Ex. 23, 19. ܫܩܠܛܥܢܐ *susceptio oneris*, pro *diligentia* 2. Petr. 1, 5. ܫܬܐܣܬܐ *fundamentum* Luc. 6, 49. ex hebr. שות *ponere* et אשישות *fundamenta*, et numeralia in primis cum denario composita, ut ܚܕܥܣܪ *undecim*, ex ܚܕ *unus* et ܥܣܪ *decem*, ܬܪܥܣܪ *duodecim*, ex ܬܪܝܢ *duo* et ܥܣܪ *decem* cet. de quibus infra in appendice huius capitis §. 14. De aliis vero, quae scribendo quidem divisa, sensu vero composita sunt, in syntaxi lib. III. cap. II. §. 2...4. exponemus.

IV. Ratione qualitatis nomina vel substantiva sunt, vel adiectiva: et substantiva quidem vel adpellativa, vel propria, sive personarum, sive locorum, sive fluviorum, montium, mensium cet.

V. Genus nominum est vel masculinum, vel femininum, vel commune seu epicoenum. Dignoscitur autem genus vel per terminationem, vel per significationem.

Quod igitur ad terminationem, notanda est

Regula. Feminina sunt, quae in singulari absoluto in formativas syllaba ܐ, ܘ et ܝ; in constructo ܬ, ܘܬ et ܝܬ; in emphatico in ܬܐ, ܘܬܐ, ܝܬܐ; et in plur. absoluto in ܢ; in constructo in ܬ; in emphatico in ܬܐ, terminantur: ut ܐܓܪܐ ܐܓܪܬ ܐܓܪܬܐ *epistola*, plur. ܐܓܪܢ ܐܓܪܬ ܐܓܪܬܐ *epistolae* ܡܠܟܘ ܡܠܟܘܬ ܡܠܟܘܬܐ *regnum*; ܒܪܝ ܒܪܝܬ ܒܪܝܬܐ *creatura*. Reliqua, quae his terminationibus non gaudent, sunt masculina. Communia vero sunt nomina animalium utriusque sexus sub eadem terminatione: ut ܚܡܪܐ *asinus*, ܓܡܠܐ *camelus* cet. et specialia quaedam, ut ܐܐܪ *aer*, ܕܚܠܬܐ *timor*, ܪܘܚܐ *ventus* vel *spiritus*, ܣܦܣܪܐ *gladius*, ܣܗܪܐ *luna*, ܫܡܫܐ *sol*, ܡܠܬܐ *verbum*.

Declaratio regulae: quid sit absolutum, constructum, emphaticum, §. 10. exponemus. Nec vero obstant regulae ܡܠܟܐ *rex*, ܓܒܝܐ *electus*, et alia huius generis, in quibus est quidem syllaba adformativa, verum non in statu absoluto, (utpote in quo habent ܡܠܟ et ܓܒܐ) sed in emphatico: nec illa emphatica singularia, in quibus ܬ non adformativum, sed radicale est, ut ܒܝܬܐ *domus*, ܚܕܬ et emph. ܚܕܬܐ *novus*, ܩܫܬܐ

fovea, ܝܪܬܘܬܐ *haeres*, ܡܘܬܐ *mors*, ܩܘܫܬܐ *veritas*, ܪܒܬܐ *decus* cet.

Exceptio a regula. Sunt feminina sub terminatione masculina: ܐܠܦ emph. ܐܠܦܐ *navis*, ܐܠܥ emph. ܐܠܥܐ *costa*, ܐܪܥ emph. ܐܪܥܐ *terra*, ܩܠܬ emp. ܩܠܬܐ *hydria*, ܛܘܥܝܝ *error* cet. Quo et pluralia quaedam pertinent, verb. gr. ܡܠܐ *verba*, ܐܡܝܢ *cubiti*, ܫܢܝܢ vel ܫܢܐ *anni*, ܫܥܝܢ *horae*, cet. Sunt vicissim pluralia masculina sub terminatione feminina: ut ܪܥܘܬ, ܪܥܘܬܐ, ܪܥܘܬܐ *pastores* cet. de quorum tum his tum illis vide infra §. 9. 5. e 6.

Quod vero ad significationem, masculina sunt quae mares aut virilia, feminina vero, quae feminas aut muliebria munera, urbes regionesve, et gemina corporis membra notant; quantumvis illa femininam, haec masculinam habeant terminationem. Ut ܐܒܗܝ *patres*, ܐܡ emph. ܐܡܐ *mâter*, ܐܘܪܫܠܡ *Hierosolyma*, ܒܘܪܟ *genu*; ܥܝܢ emph. ܥܝܢܐ *oculus* cet.

VI. Ratione motionis, femininum formatur a masculino adiecta terminatione ܐ; ut ܫܦܝܪܐ *pulchra*, a ܫܦܝܪ *pulcher*, ܓܠܝܬܐ *revelata*, a ܓܠܝܐ *revelatus*, ܦܩܝܕܐ *iussa*, a ܦܩܝܕ *iussus*;

ܡܫܠܛܬܐ *valida*, a ܡܫܠܛ *validus*, ܐܢܫܐ emph. ܐܢܫܝܬܐ *cognata*, ab ܐܢܫ *cognatus*.

At a ܙܥܘܪ emph. ܙܥܘܪܐ *parvus* fit fem. ܙܥܘܪܝܬܐ *parva*, cum interposito jud, sic ܡܫܬܡܥܢ emph. ܡܫܬܡܥܢܐ *obediens*, fit fem. ܡܫܬܡܥܢܝܬܐ indeque formae femininorum emphaticae, ܡܫܡܫܢܝܬܐ *ministra*, a ܡܫܡܫܢ *minister*; ܡܚܝܢܝܬܐ *vivificatrix* 1. Cor. 15, 45. a ܡܚܝܢ *vivificator*; ܡܫܠܛܢܝܬܐ *valida* a ܡܫܠܛܢ *validus*; ܡܬܝܬܒܢܝܬܐ *terra habitata* a ܡܬܝܬܒܢ *habitabilis*; ܬܪܝܢܝܬܐ *secunda* a ܬܪܝܢ *secundus*: ܫܡܝܢܝܬܐ plur. ܫܡܝܢܝ̈ܬܐ *caelestia*, a ܫܡܝܢ *caelestis*. Credo, ut differentia inter feminina et masculinorum emphatica sit evidentior.

VII. Comparationis gradus nōn distinguunt terminatione Syri, sed circumscribunt: qua de re in syntaxi lib. III. cap. II. §. 12.

VIII. Casus itidem non terminatione, sed particulis aut constructione dignoscuntur. Etenim

1. Nominativus ex habitu orationis per se liquet; ut Ioh. 1, 1. *In principio erat* ܡܠܬܐ *verbum*.

2. Genitivus ex statu nominis, a quo regitur, constructo, ut ܡ̈ܠܝ ܐܠܗܐ *verba Dei*; vel

ex praefixo ܕ, post nomen regens in statu emphatico vel constructo positum, ut ܡܠܐ ܕܐܠܗܐ idem, q. d. *verba quae sunt verba Dei*, vel ܡܠܘܗܝ ܕܐܠܗܐ idem, q. d. *verba eius, verba, dico, quae sunt verba eius*.

3. Dativus ex praefixo lomad, ut ܠܐܠܗܐ *Deo*.

4. Accusativus ex habitu ad praecedens verbum activum transitivum; ut Ioh. 1, 14. ܚܙܝܢ ܫܘܒܚܗ *vidimus gloriam eius*; rarius ex praemisso ܝܬ, ad instar hebr. את et chald. ית; ut Gen. 1, 1. *In principio creavit Deus* ܝܬ ܫܡܝܐ ܘܝܬ ܐܪܥܐ *caelum et terram*, quod quidem Angli, velut nomen esset, verterunt, *esse caeli et esse terrae*, alibi vero rectius pro accusativi nota habuerunt, v. g. Coh. 2, 3. cap. 3, 17. cap. 4, 1. cet. frequentius vero ex praefixo lomad, quod uti tertium, ita quartum quoque casum, ac adeo generatim obiectum tum cui, in dativo, tum quod, in accusativo, notat; ut Ioh. 3, 16. ܐܚܒ ܐܠܗܐ ܠܥܠܡܐ *dilexit Deus mundum*; aut ex praecedentibus propositionibus ܒܬܪ *post*, ܠܘܬ *ad*, ܡܛܠ *propter*, ܥܠ *super* cet.

5. Vocativus, similis nominativo in statu emphatico innotescit vel ex habitu orationis, ut

Apoc. 16, 7. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ *Domine Deus*; vel ex praemissa interiectione vocandi ܐܘ *o*! ut ܐܘ ܐܢܬܬܐ *o mulier*! Luc. 24, 25.

6. Ablativus denique ex praefixo beth, et particulis separatis ܡܛܠ *pro*, ܡܢ *a*, *ex*, *prae*, ܥܡ *cum*, ܬܚܝܬ *sub*, cet.

IX. Numerus nominum est triplex,

1. Singularis, regulariter de uno; nisi capiatur collective, quo casu adiicitur ribbui, v.g. ܪܟܫܐ *equitium* seu *equi* ܒܥܝܪܐ *grex*. Vide supra lib. I. cap. III. §. 4.

2. Dualis, de duobus, habens in absoluto terminationem ܝܢ, respondentem chaldaicae יִן vel ין, et hebraice ים; nec tamen in pluribus quam his quatuor, ܬܪܝܢ *duo* ܬܪܬܝܢ *duae*, ܡܐܬܝܢ *ducenti*, et propr. ܡܨܪܝܢ *Aegyptus* utraque, superior et inferior. Quibuscum tamen cave confundas pluralia nominum participiorumve 3. rad. olaph, eadem gaudentia terminatione, v. g. ܓܒܝܢ *electi*, a ܓܒܝܐ *electus*. Alias dualis apud Syros exprimitur per pluralem cum adiecto numerali *duo*; ut Matth. 21, 28. ܒܢܝܐ ܬܪܝܢ *filii duo*; Luc. 5, 2. ܬܪܬܝܢ ܣܦܝܢܢ *naves duae*.

3. Pluralis masculinorum ordinarie terminatur in absoluto ܝܢ, constr. ܝ, emph. ܐ, ut a ܓܒܪ *vir* fit plur. absolutum ܓܒܪܝܢ, constr. ܓܒܪܝ, emph. ܓܒܪܐ *viri*: at in nominibus, quae in singulari in ܐ vel ܝ exeunt, pluralia absoluta terminantur in ܝܢ, emphatica in ܝܐ; ut a ܓܒܝܐ *electus* fit plur. absol. ܓܒܝܢ. et emph. ܓܒܝܐ *electi*; a ܡܫܬܝ *potus* plur. absol. ܡܫܬܝܢ, emph. ܡܫܬܝܐ.

4. Pluralis vero femininorum clauditur terminantibus syllabis, in absoluto ܢ, constr. ܬ, emph. ܬܐ: ut a ܛܢܦܬܐ *impura*, fit plur. absolutum ܛܢܦܢ, constr. ܛܢܦܬ, emph. ܛܢܦܬܐ *impurae*.

5. Sunt tamen masculina, quae in plurali formantur ut feminina; v. g. ܟܘܪܣܝܐ *solium*, plur. ܟܘܪܣܘܢ *solia*; ܪܥܝܐ *pastor*, plur. ܪܥܘܢ *pastores*, ܐܬܪ *locus*, plur. ܐܬܪܘܢ *loca*, ܚܘܝܐ emph. ab absoluto inusitato ܚܘܝ vel ܚܘܐ *serpens*, plur. ܚܘܘܬܐ *serpentes*; ܐܪܝܐ ab inusitato ܐܪܝ vel ܐܪܐ *leo*, plur. ܐܪܘܬܐ *leones*; ܐܘܪܝܐ ab inusitato ܐܘܪܝ *praesepe*, plur. ܐܘܪܘܬܐ *praesepia*; ܐܣܝܐ *medicus*, plur. ܐܣܘܬܐ *medici*.

6. Sunt vicissim feminina, quae in plurali terminantur ut masculina: v. g. ܕܶܡܥܬܳܐ *lacrima*, ܕܶܡ̈ܥܶܐ *lacrimae*; ܠܶܒܢܬܳܐ *later*, ܠܶܒ̈ܢܶܐ *lateres*; ܡܰܢܳܐ, emph. ܡܰܢܝܬܳܐ *pilus*, ܡܰ̈ܢܶܐ *pili*; ܦܳܐܬܳܐ *modius*, ܦܳܐܬܺ̈ܝܢ *modii*; ܫܢܳܐ *annus*, plur. ܫܢܺܝܢ *anni*, ܡܶܠܬܳܐ *verbum*, ܡ̈ܶܠܶܐ *verba*; ܐܰܡܬܳܐ *cubitus*, ܐܰܡܺ̈ܝܢ *cubiti*; ܫܳܥܬܳܐ *hora*, ܫܳܥ̈ܺܝܢ *horae*; ܒܥܳܬܳܐ *quaestio*, ܒܥ̈ܳܬܳܐ *quaestiones*, secundum Polygl. Tit. 3. 9. ܫܰܒܶܫܬܳܐ *palmes*, ܫܰܒ̈ܫܳܬܳܐ *palmites*; ܫܶܬܶܐܣܬܳܐ *fundamentum*, ܫܶܬܶ̈ܐܣܶܐ *fundamenta*, quo et ܢܶܫ̈ܶܐ *mulieres*, plurale tantum, pertinet.

7. Sunt et quae in plurali utramque formam habent, virilem et femininam; ut ex masculinis ܐܰܒ *pater*, plur. ܐܰܒܳܗ̈ܺܝܢ et ܐܰܒܳܗ̈ܰܝ *patres*; ܝܰܘܡ *dies*, plur. ܝܰܘܡܳܬ̈ܺܝܢ et ܝܰܘܡܳܬ̈ܰܝ; ܠܶܒܳܐ *cor*, ܠܶܒܰܘ̈ܳܬܺܝܢ et ܠܶܒܰܘ̈ܳܬܰܝ *corda*; ܠܶܠܝܳܐ vel ܠܺܠܝܳܐ *nox*, ܠܶܠܰܘ̈ܳܬܺܝܢ et ܠܶܠܰܘ̈ܳܬܰܝ *noctes*; ܡܳܪܳܐ *dominus*, ܡܳܪܰܘ̈ܳܬܺܝܢ vel ܡܳܪܰܘ̈ܳܬܰܝ *domini*; ܢܰܗܪܳܐ *fluvius*, plur. ܢܰܗܪܰܘ̈ܳܬܺܝܢ et ܢܰܗܪܰܘ̈ܳܬܰܝ *fluvii*; ܪܘܚܳܐ *spiritus*, plur. ܪ̈ܘܚܺܝܢ et ܪܘܚ̈ܶܐ.

8. Ex compositis illis (de quibus supra §.III.) alia posteriorem tantummodo compositionis partem terminatione plurali adficiunt; ut ܒܥܶܠܕܒܳܒ̈ܶܐ

inimici ܫܬܐܣܐ *fundamenta*, quo et pertinet ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ *sepulchra*, alia priorem; ut ܒܢܝܢܫܐ *homines*; alia utramque; ut ܒܢܬ ܩܠܐ *voces*, ܐܟܠܝ ܩܪܨܐ *accusatores*, ܪܒܝ ܒܬܐ *oeconomi*, quomodo et adformativa abstractorum terminatio compositorum nominum posteriori adiicitur: ut ܪܒ ܒܝܬܘܬܐ *oeconomia* ܪܒ ܟܘܡܪܘܬܐ *archisacerdotium*.

9. Defectiva et tantum pluralia sunt, ܐܦܝ seu ܐܦܐ *facies*, ܕܡܝ seu ܕܡܐ *pretium*, ܚܝܐ *vita*, ܚܐܪܘܬܐ *libertas*, ܡܝܐ *aqua*, ܢܫܐ *mulieres*, ܫܡܝܐ *caelum*: quibus adde ܒܢܝ *filii*; et ܒܢܬ *filiae*, quae in sing. habent ܒܪ fem. ܒܪܐ *filius*, et ܒܪܬ seu ܒܪܬܐ *filia*,

X. Status nominum est triplex: absolutus, cum indefinite capiuntur; constructus, quum sequens aliquod nomen, quod diversae rei et Latinis genitivi casus sit, regunt, sine interveniente nota genitivi seu praefixo ܕ; emphaticus vero, quum sive definite sive indefinite sumuntur: ut absol. ܡܠܟ *rex*, quisquis ille fuerit; constr. ܡܠܟ ܐܘܪܫܠܡ *rex Solymae*, emph. ܗܪܘܕܣ ܡܠܟܐ *Herodes rex*.

Ac flexio quidem nominum pro diverso nu-

mero et statu ex sequentibus liquebit paradigmatibus. Nota vero:

1. Status absolutus singularis in quibusdam nominibus obsolevit: ut in ܡܒܘܥܐ *fons*, ܣܘܣܝܐ *equus*, ܬܫܒܘܚܬܐ *laus*, ܬܕܡܘܪܬܐ *miraculum*, ܡܓܘܫܐ *magus*, cet. quorum absoluta secundum analogiam concipi quidem possunt, ܡܒܘܥ, ܣܘܣܝ, ܬܫܒܘܚܐ, ܬܕܡܘܪܐ, ܡܓܘܫ, sed nullibi extant.

2. Status emphaticus pluralis masculinorum apud Syros ordinarie quidem in ܐ desinit. v. g. ܡܠܟܐ *reges*; in aliquibus tamen chaldaizat, terminatus in ܐ, nempe in ܐܝܕܝܐ *manus*, ܐܠܦܐ *millia*, ܒܢܝܐ *filii*, ܡܝܐ *aquae*, ܫܡܝܐ *caeli*, ܫܢܝܐ *anni*; et generatim in illis, quorum singularis in ܐ vel ܝ sinitur, ut ܓܒܝܐ *electi*, ܡܪܝܐ *domini*, ܡܙܢܝܐ *scortatores*.

3. Paradigmata digessimus secundum ordinem vocalium, quibus masculinorum ultimae, femininorum vero penultimae syllabae in statu absoluto singulari utuntur: ut facilius evolvi, et ad illa consimiles nominum formae exigi queant.

XI. Paradigmata regularia nominum masculinorum:

	Emphatica,	Constructa,	Absoluta,	
Sing.	ܝܰܡܳܐ	ܝܰܡ	ܝܰܡ	*mare.*
Plur.	ܝܰܡܡܶܐ	ܝܰܡܡܰܝ	ܝܰܡܡܺܝܢ	

ܝܰܡ pro ܝܰܡܡ. Sic ab ܥܰܡ *populus*, ܥܰܡܳܐ plur. ܥܰܡܡܶܐ. At a ܣܰܩ *saccus* fit ܣܰܩܶܐ.

ܓܰܒܪܳܐ	ܓܒܰܪ	ܓܒܰܪ	*vir.*
ܓܰܒܪܶܐ	ܓܰܒܪܰܝ	ܓܰܒܪܺܝܢ	

Sic ܙܒܰܢ *tempus*, ܦܓܰܪ *corpus*, ܗܕܝܛ *imperitus*; ܟܦܢ *fames*, et sic emphatica ܐܓܪܳܐ *merces*, ܐܒܳܪܳܐ *stannum*, ܐܪܙܳܐ *cedrus*, concipe ab absolutis, quamquam obsoletis, ܐܓܰܪ, ܐܒܰܪ, ܐܪܰܙ, pro ܐܓܪ, ܐܒܪ, ܐܪܙ, coll. lib. I. cap. II. §. 9. 2.

ܛܰܡܐܳܐ	ܛܡܶܐ	ܛܡܶܐ	*immundus.*
ܛܰܡܐܶܐ	ܛܰܡܐܰܝ	ܛܰܡܐܺܝܢ	

Nempe ܐ in hoc nomine gutturale est, coll. lib. I. cap. I. §. 7. 1. idemque praecedente consona sine vocali, sequitur canonem suum, ibid. 2. Sic ܬܕܐܐ *gramen*, plur. ܬܕܐܝܢ, vel per metathesin ܬܐܕܝܢ *gramina* concipe ab absoluto ܬܕܐ hebr. דֶּשֶׁא *gramen*.

ܣܶܦܪܳܐ	ܣܦܰܪ	ܣܦܰܪ	*liber.*
ܣܶܦܪ̈ܶܐ	ܣܶܦܪ̈ܰܝ	ܣܶܦܪ̈ܺܝܢ	

Sic ܒܣܪ *caro*, ܣܛܪ *latus*, ܡܠܟ *consilium*: et sic emphatica ܐܒܠܐ *luctus*, ܐܓܡܐ *stagnum*, ܐܕܪܐ *area*, ܐܠܦܐ *navis*, ܐܡܪܐ *agnus*, ܐܫܟܐ *testiculus*, concipe ab ܐܒܠ, ܐܓܡ, ܐܕܪ, ܐܠܦ, ܐܡܪ, coll. lib. I. cap. II. § 9 2.

ܡܕܒܚܐ ܡܕܒܚܝ ܡܕܒܚܝܢ ܡܕܒܚܐ) ܡܕܒܚ
ܡܕܒܚ̈ܐ ܡܕܒܚ̈ܝ ܡܕܒܚ̈ܝܢ ܡܕܒܚܐ) *altare*.

Sic ܡܕܢܚ *oriens*, ܡܦܬܚ *apertio*, ܡܪܒܥ *uterus*.

ܡܣܠܝܐ ܡܣܠܝ ܡܣܠܝ *reprobatus*.
ܡܣܠܝ̈ܐ ܡܣܠܝ̈ ܡܣܠܝܢ

Quia jud in participiis passivis pael et aphel ponitur loco 3. rad. olaph, igitur haec in emphatico singulari et omni plurali eandem flexionem habent, ac illa quae in ܐ radicale terminantur. Vide ܡܛܫܝ *occultatus* Luc. 8, 17. ܡܫܪܝ *paralyticus* Matth. 8, 6. ܡܣܠܝ *reprobatus* 1. Tim. 4, 4. indeque plur. ܡܣܠܝ̈ܐ 1. Cor. 1, 28. 2. Cor. 13, 5. 7. ܡܫܡܠܝ *completus*, emph. ܡܫܡܠܝܐ 1. Ioh. 4, 18. plur. emphat. ܡܫܡܠܝ̈ܐ Col. 4, 12. Sic a ܡܫܬܝ *potus* fit ܡܫܬܝܐ.

Sing.	ܟܟܪܐ	ܟܟܪ	ܟܟܪ	*talentum*.
Plur.	ܟܟܪ̈ܐ	ܟܟܪ̈ܝ	ܟܟܪܝܢ	

Sing.	ܨܦܪܐ	ܨܦܪ	ܨܦܪ	*passer.*
Plur.	ܨܦܪܐ	ܨܦܪܝ	ܨܦܪܝܢ	
Sing.	ܡܫܟܚܐ	ܡܫܟܚ	ܡܫܟܚ	*potens.*
Plur.	ܡܫܟܚܐ	ܡܫܟܚܝ	ܡܫܟܚܝܢ	
	ܓܠܓܠܐ	—	—	*rota.*
	ܓܠܓܠܐ	ܓܠܓܠܝ	ܓܠܓܠܝܢ	

Concipe a ܓܠܓܠ. Sic emph. ܦܝܪܡܐ *thuribulum*, plur. ܦܝܪܡܐ.

ܥܠܡܐ	ܥܠܡ	ܥܠܡ	*saeculum.*
ܥܠܡܐ	ܥܠܡܝ	ܥܠܡܝܢ	

Sic ܦܠܚ *operarius*, *miles*, ܣܦܪ *scriba*.

ܐܘܪܥܐ	ܐܘܪܥ	ܐܘܪܥ	*occursus.*
ܐܘܪܥܐ	ܐܘܪܥܝ	ܐܘܪܥܝܢ	
ܚܒܘܫܐ	ܚܒܘܫ	ܚܒܘܫ	*carcer.*
ܚܒܘܫܐ	ܚܒܘܫܝ	ܚܒܘܫܝܢ	

Non reperimus quidem nisi emphaticum singulare ܚܒܘܫܐ Act. 8, 33. et plur. 2. Cor. 6, 4. cap. 12, 4. uti tamen a ܛܫܐ formatur nomen ܛܘܫܝܐ *occultum*, et a ܛܥܐ ܛܘܥܝܐ *error*, ita et huius nominis formam absolutam concipiendam esse putavimus ܚܒܘܫܝܐ, quae, quoniam ܝ non

radicale, sed adformativum habet, aliter flectitur, quam praecedens ܡܘܬܒ. Sic ܟܢܘܫܝܐ *turba*, ܚܛܘܦܝܐ *raptus*; ܨܥܘܪܝܐ *iniuria*, ܟܢܘܫܝܐ *congregatio*, ܣܘܣܝܐ *equus* ܠܚܘܨܝܐ *oppressio*, ܪܕܘܦܝܐ *persecutio* plur. ܪ̈ܕܘܦܝܐ; ܫܓܘܫܝܐ *conturbatio*, plur. ܫ̈ܓܘܫܝܐ.

ܫܠܕ ܫܠܕ ܫܠܕܐ *cadaver.*
ܫ̈ܠܕܝܢ ܫ̈ܠܕܝ ܫ̈ܠܕܐ

Manet pthocho in incremento finali, probabiliter quia implicat geminationem sequentis litterae, ad instar hebr. לְשַׁד *succus*, unde לְשַׁדִּי *succus meus*, גָּמָל *camelus*, unde plur. גְּמַלִּים *cameli*.

ܟܢܦ ܟܢܦ ܟܢܦܐ *ala.*
ܟܢ̈ܦܝܢ ܟܢ̈ܦܝ ܟܢ̈ܦܐ

Contractum ex ܟܢܦ, quod flectendum fuerat secundum sequens paradigma ܪܓܠ *pes*. Sic ܓܠܐ *festuca*, ܦܣܐ *sors*.

ܫܠܐ — ܫܠܝܐ *tranquillitas.*

Sic ܐܠܝܐ *eiulatus*, ܒܟܝܐ *fletus*, videtur esse emphatica ab absolutis inusitatis ܐܠܐ et ܒܟܐ.

ܡܠܟ ܡܠܟ ܡܠܟܐ *rex.*
ܡ̈ܠܟܝܢ ܡ̈ܠܟܝ ܡ̈ܠܟܐ

Differt a ܡܠܟ emph. ܡܠܟܐ *consilium*, quod vide sub ܣܦܪ *liber*. Sic ܒܥܠ *dominus*, ܨܠܡ *imago*. At ܪܐܡ *elatus*, emph. ܪܐܡܐ Ex 15,3. sequitur regulam τῶ olaph lib. I, cap. I. §. 7. 1.

ܛܠܝ	ܛܠܝ	ܛܠܝܐ	*infans.*
ܛܠܝܢ	ܛܠܝܢ	ܛܠܝܐ	

Pro ܛܠܝ, coll. lib. I. cap. II. §. 9, 2. Sic ܝܪܩ *olus*, ܝܬܡ *orphanus*; et mutato ob sequens, rvozo in pthocho; secundum lib. I. cap. II. §. 10,2. ܝܓܪ *acervus*, emph. ܝܓܪܐ Gen. 31, 46. ܝܪܚ emph. ܝܪܚܐ *mensis*.

ܫܒܝ	ܫܒܝ	ܫܒܝܐ	*captivus.*
ܫܒܝܢ	ܫܒܝܢ	ܫܒܝܐ	

Sub terminatione pluralis absoluti atque emphatici chaldaizante, coll. supra §. 9, 3. et §. 10, 2. Sic ܓܒܐ *electus*, ܣܡܝܐ *caecus*, et participia peil et ethpeel verborum 3. rad. ܐ. Attamen a ܓܠܐ *manifestus*, et ܟܣܐ *tectus*, etiam reperitur emph. ܓܠܝܐ et ܟܣܝܐ Matth. 6, 4. ad analogiam paradigmatis sequentis; et a ܛܠܐ *infans* fit plur. emph. ܛܠܝܐ; velut ab inusitato ܛܠܝ.

ܪܶܓܠܳܐ ܪܶܓܶܠ ܪܶܓܶܠ *pes.*

ܪ̈ܶܓܠܳܐ ܪ̈ܶܓܠܰܝ ܪ̈ܶܓܠܺܝܢ

Sic ܓܢܣ *genus* Matth. 13, 47, cap. 17, 21.

ܡܶܚܙܝܳܐ ܡܶܚܙܶܐ ܡܶܚܙܶܐ *adspectus*,

ܡܶܚܙܝ̈ܳܐ ܡܶܚܙ̈ܝܰܝ ܡܶܚܙܝܺܢ *speculum.*

Vide Eph. 6, 6. Ex. 38, 8. Sic ܡܓܠܝܐ *retectio*. Quomodo et ܡܰܫܪܝܳܐ *habitaculum*, ܡܰܫܬܝܳܐ *potus*, licebit concipere ab absolutis, quamquam inusitatis, ܡܰܫܪܶܐ, ܡܰܫܬܶܐ. Sic participia verborum 3. rad. olaph in pael, et ethpaal, aphel, ettaphal: ut ܡܙܰܢܝܳܐ *scortator*, plur. emph. ܡܙܰܢܝ̈ܶܐ Apoc. 21, 8.

ܣܳܗܕܳܐ ܣܳܗܶܕ ܣܳܗܶܕ *testis.*

ܣܳܗ̈ܕܶܐ ܣܳܗ̈ܕܰܝ ܣܳܗ̈ܕܺܝܢ

ܪܳܥܝܳܐ ܪܳܥܶܐ ܪܳܥܶܐ *pascens.*

ܪܳܥܝ̈ܶܐ ܪܳܥ̈ܰܝ ܪܳܥܶ̈ܝܢ

Quae est flexio participii. At

ܪܳܥܝܳܐ ܪܳܥܶܐ ܪܳܥܶܐ *pastor.*

ܪܳܥ̈ܰܘܳܬܳܐ ܪܳܥ̈ܰܘܳܬ ܪܳܥ̈ܰܘܳܢ

Quomodo et ܐܳܣܝܳܐ plur. ܐܳܣ̈ܰܘܳܬܳܐ *medici*: at ܡܳܪܳܐ utroque modo ܡܳܪ̈ܰܘܝܳܐ et ܡܳܪ̈ܰܘܳܬܳܐ *domini*, a ܬܡܳܢܝܳܐ *octo* fit ܬܡܳܢܺܝܢ *octoginta*.

ܟܘܪܣܐ ܟܘܪܣܐ ܟܘܪܣܝܐ *solium.*

ܟܘܪܣܘܢ ܟܘܪܣܘܬ ܟܘܪܣܘܬܐ

ܪܫ ܪܫ ܪܫܐ *caput.*

ܪܫܝܢ ܪܫܝ ܪܫܐ

Sic ܒܝܫ *malus*, ܕܝܢ *iudicium*, ܟܐܒ *dolor*, ܟܐܢ *rectus*, ܫܐܕ *daemon*. At

ܥܝܢ ܥܝܢ ܥܝܢܐ *oculus.*

ܥܝܢܝܢ ܥܝܢܝ ܥܝܢܐ

Sic ܚܝܠ *robur*, ܩܝܣ *lignum*, ܣܝܦ *gladius*. Sic ܛܠܝܐ *iuvenis*, plur: ܛܠܝܝܢ, emph. ܛܠܝܐ, concipe ab absoluto sing. ܛܠܐ, pariterque ܥܘܠܝܐ *hinnulus*, ab ܥܘܝܠ.

ܣܢܝܩ ܣܢܝܩ ܣܢܝܩܐ *egenus.*

ܣܢܝܩܝܢ ܣܢܝܩܝ ܣܢܝܩܐ

Sic ܚܓܝܪ *claudus*, ܣܪܝܩ *inanis*; at ܢܒܝܐ *propheta*, plur. ܢܒܝܐ.

ܝܠܝܕ ܝܠܝܕ ܝܠܝܕܐ *natus.*

ܝܠܝܕܝܢ ܝܠܝܕܝ ܝܠܝܕܐ

Pro ܝܠܝܕ, coll. lib. I. cap. II. §. 9, 2. Sic ܝܗܝܒ *datus*.

ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ ܩܕܝܫܐ *sanctus.*

ܩܕܝܫܝܢ ܩܕܝܫܝ ܩܕܝܫܐ

Chald. קַדִּישׁ. Sic ܚܟܝܡ *sapiens*, ܥܫܝܢ *validus*. At ܣܓܝ *multus*, in incremento adsumit ܐ, ut ܣܓܝܐܐ Matth. 2, 18. plur. ܣܓܝܐܐ, ܣܓܝܐܬܐ, ܣܓܝܐܝܢ Matt. 7, 13. Luc. 1, 7. Apoc. 2, 19.

ܛܒ ܛܒ ܛܒܐ *bonus.*

ܛܒܝܢ ܛܒܝ ܛܒܐ

Sic ܒܩ *culex*; ܡܐܢ *vas*, ܐܪܙ *arcanum*, ܡܪ i. q. ܡܪܐ *dominus*; ܟܠܠ *testudo*, a ܟܠܠ; at ܐܢܫ *homo*, emph. ܐܢܫܐ, plur. ܐܢܫܝܢ, emph. ܐܢܫܐ.

ܟܬܒ ܟܬܒ ܟܬܒܐ *liber.*

ܟܬܒܝܢ ܟܬܒܝ ܟܬܒܐ

Sic ܕܪܥ *brachium*, ܚܙܘ *visus*, ܥܢܢ *nubes*, ܩܝܡ *foedus*, ܫܪܓ *lucerna*. At ܐܠܗ pro ܐܠܗ, chald. אֱלָהּ *Deus*, sequitur canonem τοῦ olaph lib. I. cap. II. §. 9, 2. indeque per accidens flectitur ad typum sequentis paradigmatis.

ܓܢܒ ܓܢܒ ܓܢܒܐ *fur.*

ܓܢܒܝܢ ܓܢܒܝ ܓܢܒܐ

Sic ܓܢܢ *hortulanus*, ܕܓܠ *mendax*, ܕܝܢ

iudex , ܗܕܡ *membrum* , ܚܝܒ *debitor* , ܩܝܡ *stabilis* : item ܬܘܬܒ *inquilinus* , ܝܘܬܪ *abundantia* , ܡܪܚܡܢ *miserator* , ܡܫܠܡܢ *proditor* ; nec non ܩܕܡܝ *primus* .

ܙܒܢܐ	ܙܒܢ	ܙܒܢ	*tempus.*
ܙܒܢܐ	ܙܒܢܝ	ܙܒܢܝܢ	

Sic ܐܣܪ *cingulum* , ܚܘܪ *albus* , ܠܫܢ *lingua* ; ܫܪܫ *radix* , ܦܬܓܡ *verbum* , ܓܠܝܢ *revelatio* ; item ܙܘܒܢ *accusatio* .

ܙܝܙܢܐ	ܙܝܙܢ	ܙܝܙܢ	*zizanium.*
ܙܝܙܢܐ	ܙܝܙܢܝ	ܙܝܙܢܝܢ	
ܢܨܪܝܐ	ܢܨܪܝ	ܢܨܪܝ	*Nazarenus.*
ܢܨܪܝܐ	ܢܨܪܝܝ	ܢܨܪܝܝܢ	

Sic ܣܘܪܝ *Syrus* , ܐܪܥܝ *terrestris* , ܝܚܝܕܝ *unigena* .

ܕܘܒܪܐ	ܕܘܒܪ	ܕܘܒܪ	*ductus.*
ܕܘܒܪܐ	ܕܘܒܪܝ	ܕܘܒܪܝܢ	

Sic ܦܘܠܓ *divisio* , ܒܘܝܐ emph. ܒܘܝܐܐ *consolatio* ; et cum nun formativo ܐܘܠܨܢ *adflictio* , ܦܘܪܥܢ *retributio* , ܩܘܪܒܢ *oblatio* , ܫܘܠܛܢ *dominium* ; it. ܝܗܘܕܝ *Iudaeus* ; et quadrilittera ,

ܥܘܪܓܠ *volutatio*, ܫܘܒܗܪ, *gloriatio*, ܫܘܘܕܥ *notificatio*, ܫܘܘܕܝ *promissio*.

ܛܘܪܐ ܛܘܪ ܛܘܪ *mons.*
ܛܘܪ̈ܐ ܛܘܪ̈ܝ ܛܘܪ̈ܝܢ

Sic ܛܘܒ *beatitudo*, ܢܘܢ *piscis*; it. ܚܘܒ emph. ܚܘܒܐ *amor*, ab ܐܚܒ pro ܐܚܒܒ *amavit*. Aliter vero sequens.

ܝܘܡܐ ܝܘܡ ܝܘܡ *dies.*
ܝܘ̈ܡܬܐ ܝܘ̈ܡܬ ܝܘ̈ܡܝܢ

Sic ܣܘܦ *finis*: et sic masculina ܙܘܥܐ *motus*, ܚܘܒܐ *debitum*; ܝܘܢܐ *columba*, ܡܪܘܡܐ *locus excelsus*, concipe ab absolutis ܚܘܒ, ܝܘܢ, ܡܪܘܡ, ܙܘܥ,

ܙܥܘܪܐ ܙܥܘܪ ܙܥܘܪ *parvus.*
ܙܥܘܪ̈ܐ ܙܥܘܪ̈ܝ ܙܥܘܪ̈ܝܢ

Sic ܡܓܘܫ *magus*, ܫܝܘܠ *infernus*, ܬܚܘܡ *terminus*. At

ܒܘܪܟܐ ܒܪܘܟ ܒܪܘܟ *genu.*
ܒܘܪ̈ܟܐ ܒܘܪ̈ܟܝ ܒܘܪ̈ܟܝܢ

Nempe transposito ezozo ante incrementum finale, sec. lib. I. cap. II. §. 11, 3. Sic ܟܪܘܣ *cor-*

pus, ܥܘܬܪ *divitiae*, ܩܘܕܫ *sanctitas*, ܫܘܚܢ *ulcus*, et sic emph. ܐܘܪܚܐ *via*, ܐܘܪܟܐ *longitudo*, ܐܘܟܠܐ *cibus*, ܐܘܟܡܐ *nigredo*, concipe ab absolutis ܐܘܪܚ, ܐܘܪܟ, ܐܘܟܠ, ܐܘܟܡ, observato canone τῦ olaph lib. I. cap. II, §. 9, b.

ܝܪܘܩ ܝܪܘܩ ܝܪܘܩܐ	*olus.*
ܝܪܘܩܝܢ ܝܪܘܩܝ ܝܪܘܩܐ	

Sic ܙܪܘܥ *semen*, ܦܘܪܝ *pagus*: it. ܥܪܘܪ *fascia*, ܦܪܬܘܬܐ *frustum*.

ܚܫܘܟ ܚܫܘܟ ܚܫܘܟܐ	*tenebrae.*
ܚܫܘܟܝܢ ܚܫܘܟܝ ܚܫܘܟܐ	

Sic ܢܣܝܘܢ *tentatio*, ܣܘܕܪ *sindon*.

ܚܛܘܦ ܚܛܘܦ ܚܛܘܦܐ	*raptor.*
ܚܛܘܦܝܢ ܚܛܘܦܝ ܚܛܘܦܐ	

Sic ܝܕܘܥ *familiaris*, qs. *cognitor*, ܥܒܘܕ *opifex*, ܥܘܠ *iniquus*; ܥܡܘܪ *habitator*, ܦܬܘܪ *mensa*, qs. *expositor* ciborum, ܫܡܘܥ *auditor*: item ܟܬܒܘܢ *libellus*, ܡܡܘܢ *divitiae*.

XII. Paradigmata regularia nominum feminorum.

	Emphatica.	Constructa.	Absoluta.	
Sing.	ܒܛܢܬܐ	ܒܛܢܬ	ܒܛܢܐ	*gravida.*
Plur.	ܒܛܢܬܐ	ܒܛܢܬ	ܒܛܢܢ	

In huius, ut et sequentis formae ܟܬܝܒܐ statu emphatico singulari, vocalis a prima ad mediam radicalem transponitur, sec. lib. I. cap. II. §. 9, 11. Sic a ܚܒܪܐ *socia*, ܚܫܚܐ *usus*, ܛܢܦܐ *impura*, ܛܡܐܐ pro ܛܡܐܐ idem, ܣܒܪܐ *annuntiatio*, ܥܩܪܐ *sterilis*, ܬܒܥܐ *vindicta*; fiunt emphatica ܚܒܪܬܐ Luc. 6, 10. ܚܫܚܬܐ Rom. 1, 26. 27. ܛܢܦܬܐ Matth. 12, 43. ܛܡܐܬܐ Apoc. 18, 2. Lev. 5, 2. ܣܒܪܬܐ Matth. 5, 23. Marc. 1, 15. ܥܩܪܬܐ Luc. 1, 7. 36. ܬܒܥܬܐ Luc. 21, 22. Et sic a ܚܕܬܐ *nova* fit emph. ܚܕܬܐ, chald. חִדְתָּא contracte pro ܚܕܬܬܐ plur. ܚܕܬܬܐ *novae*. Attamen a ܛܢܦܐ *impura*, frequentius reperitur ܛܢܦܬܐ, servato vocalium ordine, Marc. 1, 26. cap. 3, 30. cet. quin et ܚܪܫܬܐ pro ܚܪܫܬܐ *muta*, coll. lib. I. cap. II. §. 9. 1. Sed ab inusitato ܝܕܥܐ fit ܝܕܥܬܐ *cognitio*, sec. regulam τῦ jud lib. I. cap. II. §. 9, 2.

ܐܪܡܠܐ ܐܪܡܠܬ ܐܪܡܠܬܐ *vidua.*

ܐܪܡܠܢ ܐܪܡܠܬ ܐܪܡܠܬܐ

Sic ܡܘܗܒܬܐ *donum*, ܡܚܫܒܬܐ *cogitatio*, ܡܛܪܬܐ pro ܡܛܪܬܐ *custodia*: it. ܡܝܩܪܬܐ *honorata*, ܡܗܝܡܢܬܐ, *fidelis*, ܡܨܒܬܐ *ornata*, (unde Apoc. 21, 3. emph. ܡܨܒܬܬܐ) ܡܩܒܠܬܐ *accepta*. At ܡܦܠܬܐ *ruina* facit emph. ܡܦܘܠܬܐ Luc. 2, 34.

ܚܝܘܐ ܚܝܘܬ ܚܝܘܬܐ *bestia.*

ܚܝܘܢ ܚܝܘܬ ܚܝܘܬܐ

Sic ܚܕܘܐ *gaudium*, emph. ܚܕܘܬܐ pro ܚܕܘܬܐ, coll. lib. I. cap. II. §. 9. 1.

ܛܠܝܐ ܛܠܝܬ ܛܠܝܬܐ *puella.*

ܛܠܝܢ ܛܠܝܬ ܛܠܝܬܐ

Sic ܓܒܝܬܐ *electa*, ܒܢܝܬܐ *aedificata*, ܕܟܝܬܐ *pura*; nec non participium ethpeel, ut ܡܬܒܢܝܬܐ *aedificata*. Item participia activa pael et aphel, ut ܡܫܕܝܬܐ *reiiciens* fem. emph. ܡܫܕܝܬܬܐ, ܡܟܣܝܬܐ *tegens* fem. ܡܟܣܝܬܬܐ: at passiva in statu emph. singulari loco chvozo habent pthocho; ut ܡܫܕܝܬܐ *reiecta*; emph. ܡܫܕܝܬܬܐ, ܡܡܠܝܬܐ *impleta*, emph. ܡܡܠܝܬܬܐ. Vide lib. I. cap. II. §. 9, 1.

ܒܠܝܬܐ ܒܠܝܬ ܒܠܐ *praetextus.*

ܒܠ̈ܝܬܐ ܒܠ̈ܝܢ ܒܠܝܢ

Scribitur et ܒܠܝܐ in singulari absoluto Matth. 19,3. Sic a ܚܛܐ *triticum* fit emph. ܚܛܬܐ Marc.4,28.

ܙܕܩܬܐ ܙܕܩܬ ܙܕܩܐ *eleemosyna.*

ܙܕ̈ܩܬܐ ܙܕ̈ܩܢ ܙܕܩܢ

Sic a ܕܒܚܐ *sacrificium* fit emph. ܕܒܚܬܐ Phil. 2, 17. ܕܒܚܬܐ Rom. 12, 1. a ܒܗܬܐ *terror*, ܒܗܬܬܐ Rom. 1, 27. et ܒܗܬܬܐ Deut. 22, 21. a ܕܚܠܐ *timor*, ܕܚܠܬܐ 1. Cor. 2, 3. a ܢܩܒܐ *femina*, ܢܩܒܬܐ Gen. 1, 27. et ܢܩܒܬܐ Matt. 19, 4. at ܥܓܠܐ *vitula*, ܥܓܠܬܐ Hebr. 9, 12. ab ܥܙܩܐ *annulus*, ܥܙܩܬܐ 1. Reg. 21, 8. At ܦܠܐ *parabola*, emph. ܦܠܐܬܐ Matth. 24. 32. plur. ܦܠ̈ܐܬܐ Gal. 4, 14. observat canonem olaph lib. I. cap. I. §. 7. 1. Sic et emphatica ܦܪܕܬܐ *granum*, ܫܒܫܬܐ *palmes*, nec non contracta ܓܦܬܐ *vitis*, ܠܒܬܐ *later*, concipe ab absolutis ܦܪܕܐ, ܠܒܢܐ, ܓܦܢܐ.

ܐܓܪܬܐ ܐܓܪܬ ܐܓܪܐ *epistola.*

ܐܓܪ̈ܬܐ ܐܓܪ̈ܢ ܐܓܪܢ

Habet med. rad. gravem seu geminatam, ex

hebr: אִגֶּרֶת . Sic ܥܶܪܽܘܒܳܐ *corrigia*, emph. ܥܶܪܽܘܒܬܳܐ Marc. 1, 16.

ܬܶܫܒܽܘܚܳܐ ܬܶܫܒܽܘܚܬ ܬܶܫܒܽܘܚܬܳܐ *laudatio.*

ܬܶܫ̈ܒܚܳܢ ܬܶܫܒ̈ܚܳܬ ܬܶܫܒ̈ܚܳܬܳܐ

Sic ܬܶܕܡܽܘܪܳܐ *miraculum*, emph. ܬܶܕܡܽܘܪܬܳܐ.

ܫܫܰܠܳܐ ܫܫܰܠܬ ܫܫܰܠܬܳܐ *catena.*

ܫܫ̈ܰܠܳܢ ܫܫ̈ܰܠܳܬ ܫܫ̈ܰܠܳܬܳܐ

ܒܺܝܫܳܐ ܒܺܝܫܰܬ ܒܺܝܫܬܳܐ *malum.*

ܒܺܝ̈ܫܳܢ ܒܺܝ̈ܫܳܬ ܒܺܝ̈ܫܳܬܳܐ

Sic ܒܶܥܬܳܐ *ovum*, ܟܺܐܢܳܐ *rectum*, ܬܶܐܪܬܳܐ *conscientia*.

ܡܕܺܝܢܳܐ ܡܕܺܝܢܰܬ ܡܕܺܝܢܬܳܐ *urbs.*

ܡ̈ܕܺܝܢܳܢ ܡ̈ܕܺܝܢܳܬ ܡ̈ܕܺܝܢܳܬܳܐ

Sic a ܣܦܺܝܢܳܐ emph. ܣܦܺܝܢܬܳܐ : at a ܐܚܪܺܢܳܐ *alia*, ܐܚܪܺܬܳܐ ; et a ܬܶܐܢܳܐ *ficus*, ܬܶܐܢܬܳܐ vel ܬܶܐܬܳܐ.

ܡܢܳܐ ܡܢܳܬ ܡܢܳܬܳܐ *portio.*

ܡ̈ܢܰܘܳܢ ܡ̈ܢܰܘܳܬ ܡ̈ܢܰܘܳܬܳܐ

Sic ܟܢܳܬ *collega*, plur. ܟ̈ܢܰܘܳܬܳܐ Matt. 18, 29. ܒܗܬ *pollex*, plur. ܒܗܘܬܐ Lev. 8, 23. 24. ܥܠܬ *holocaustum*, plur. ܥ̈ܠܰܘܳܬܳܐ Num. 23, 3. et ܟܐܬ pro

ܟܐܐ , emph. ܟܐܬܐ *increpatio* 2. Cor. 2, 6. At ܒܥܬ *disputatio*, plur. ܒܥܬ̈ܐ Tit. 3, 9.

ܥܩܬܐ ܥܩܬ ܥܩܐ *angustia.*
ܥܩ̈ܬܐ ܥܩ̈ܬ ܥܩ̈ܝܢ

Sic ܫܥܐ *hora*.

ܡܪܟܒܬܐ ܡܪܟܒܬ ܡܪܟܒܐ *currus.*
ܡܪ̈ܟܒܬܐ ܡܪ̈ܟܒܬ ܡܪ̈ܟܒܢ

Sic ܐܟܠܐ *comedens*. At ܦܪܚܐ *avis*, emph. ܦܪܚܬܐ.

ܘܠܝܬܐ ܘܠܝܬ ܘܠܝܐ *conveniens.*
ܘܠܝ̈ܬܐ ܘܠܝ̈ܬ ܘܠܝܢ

Sic ܙܢܝܐ *scortum*, ܙܢܝܬܐ, plur. ܙܢܝ̈ܬܐ Apoc. 17, 1. 5. ܨܕܝܬܐ *desolata*, Gal. 4, 27. a ܨܕܝܐ; et ܝܐܝܬܐ *decens* Prov. 13, 19. plur. ܝܐ̈ܝܢ a ܝܐܝܐ.

ܨܘܚܝܬܐ ܨܘܚܝܬ ܨܘܚܝܐ *convicium.*
ܨܘܚ̈ܝܬܐ ܨܘܚ̈ܝܬ ܨܘܚ̈ܝܢ

ܒܬܘܠܬܐ ܒܬܘܠܬ ܒܬܘܠܐ *virgo.*
ܒܬܘ̈ܠܬܐ ܒܬܘ̈ܠܬ ܒܬܘ̈ܠܢ

Sic ܓܙܘܪܐ *circumcisio*; ܠܒܘܢܐ emph. ܠܒܘܢܬܐ *thus*.

ܩܘܠܡܐ ܩܘܠܡܬ ܩܘܠܡܬܐ *macula.*

ܩܘܠܡܝܢ ܩܘܠܡ̈ܬ ܩܘܠܡ̈ܬܐ

Sic ܬܘܩܠܐ *offendiculum*, ܢܘܫܩܐ *osculum*.

Apocopen τοῦ ܬ adformativi in statu absoluto singulari passa sunt nomina, quae terminantur in ܘ vel ܝ, eademque ܘ et ܝ ante terminationem pluralem movent: ut

ܒܪܝ ܒܪܝܬ ܒܪܝܬܐ *creatura.*

ܒܪܝܢ ܒܪ̈ܝܬ ܒܪ̈ܝܬܐ

Sic ܡܠܝ *plenitudo*, ܫܒܝ *captivitas*.

ܬܘܕܝ ܬܘܕܝܬ ܬܘܕܝܬܐ *gratiarum*

ܬܘܕܝܢ ܬܘܕ̈ܝܬ ܬܘܕ̈ܝܬܐ *actio.*

Sic ܫܘܬܐܣܝ *fundatio*, ܡܪܥܝ *grex*.

ܪܒܚܝ ܪܒܚܝܬ ܪܒܚܝܬܐ *lucrum.*

ܪܒܚܝܢ ܪܒܚ̈ܝܬ ܪܒܚ̈ܝܬܐ

Solum fuerit ܪܫܝܬ *principium*, quod ܬ suum servat in absoluto Ioh. 1, 1. 2. Thes. 2, 13. ܟܘܬܝܢ̈ܝܬܐ *tunicae* Lev. 8, 13. concipe a ܟܘܬܝܢܝ pro ܟܘܬܝܢ Matth. 5, 40.

ܩܪܝ ܩܪܝܬ ܩܪܝܬܐ *trabs.*

ܩܪܝܢ ܩܪ̈ܝܬ ܩܪ̈ܝܬܐ

Sic ܩܪ̈ܢܢ *angulus*, ܚܘ̈ܩܢ *iunctura*, ܚܫܡ̈ܝܢ *coena*, ܡܪܓܢ̈ܝܢ *margarita*, ܛܠ̈ܠܢ *umbra*.

ܡܥܡܘܕܝܘ ܡܥܡܘܕܝܘܬ ܡܥܡܘܕܝܘܬܐ *baptismus.*

ܡܥܡܘܕܝܘ̈ܢ ܡܥܡܘܕܝܘ̈ܬ ܡܥܡܘܕܝܘ̈ܬܐ

ܡܚܘ ܡܚܘܬ ܡܚܘܬܐ *plaga.*

ܡܚ̈ܘܢ ܡܚ̈ܘܬ ܡܚ̈ܘܬܐ

Vide Apoc. 21, 9. at

ܨܒܘ ܨܒܘܬ ܨܒܘܬܐ *res.*

ܨܒ̈ܘܢ ܨܒ̈ܘܬ ܨܒ̈ܘܬܐ

Sic ܕܡܘ *similitudo*. Sed

ܨܠܘ ܨܠܘܬ ܨܠܘܬܐ *precatio.*

ܨܠ̈ܘܢ ܨܠ̈ܘܬ ܨܠ̈ܘܬܐ

ܡܠܟܘ ܡܠܟܘܬ ܡܠܟܘܬܐ *regnum.*

ܡܠܟ̈ܘܢ ܡܠܟ̈ܘܬ ܡܠܟ̈ܘܬܐ

ܡܠܟ̈ܘܢ ܡܠܟ̈ܘܬ ܡܠܟ̈ܘܬܐ

Sic ܣܟܠܘ *delictum*, ܗܢܝܘ *utilitas.*

ܪܒܘ ܪܒܘܬ ܪܒܘܬܐ *myrias.*

ܪ̈ܒܘܢ ܪ̈ܒܘܬ ܪ̈ܒܘܬܐ

ܟܐܢܘ ܟܐܢܘܬ ܟܐܢܘܬܐ *rectitudo.*

ܟܐܢ̈ܘܢ ܟܐܢ̈ܘܬ ܟܐܢ̈ܘܬܐ

Sic ܚܐܪܘ *libertas*. At ܢܒܝܘ *prophetia*, plur. ܢܒܝܘ̈ܬܐ.

ܦܠܓܘܬܐ ܦܠܓܘܬ ܦܠܓܘ *dissentio*.
ܦܠܓܘ̈ܬܐ ܦܠܓܘ̈ܬ ܦܠܓܘ̈ܝ

Vide 1. Cor. 1, 10. Sic ܦܠܚܘ *militia* cap. 9, 7. Apoc. 19, 14. At ܣܗܕܘ *testimonium*, plur. emph. ܣܗܕܘ̈ܬܐ Marc. 14, 56. Deut. 4, 45.

ܒܥܘܬܐ ܒܥܘܬ ܒܥܘ *petitio*.
ܒܥܘ̈ܬܐ ܒܥܘ̈ܬ ܒܥܘ̈ܝ

Vide Deut. 3, 24. Rom. 10, 1. Eph. 6. 18. 1. Tim. 5, 5. Sic ܙܟܘ *victoria*, ܚܢܘ *taberna*. At

ܡܪܘܬܐ ܡܪܘܬ ܡܪܘ *dominium*.
ܡܪܘ̈ܬܐ ܡܪܘ̈ܬ ܡܪܘ̈ܝ

Vide Col. 1, 16. 2. Petr. 2, 10.

XIII. Specialia in flexione sunt, quae vel masculina, in plurali terminationem femininam, vel feminina, in plurali masculinam habent, de quibus supra §. 9. 5, 6. 7. vel masculina in plurali emphatico chaldaizant, ibid. 2. vel ante terminationem pluralem adsumunt sive he, ut ܐܡܗ̈ܝ *matres*, ab ܐܡܐ, sive wau, ut ܢܗܪܘ̈ܬܐ *fluvii*, a ܢܗܪܐ; sive jud, ut ܕܘܟܝ̈ܬܐ *loca*, a ܕܘܟܐ, vel

vocales sive mutant, ut ܛܠܝ̈ܐ *pueri*, a ܛܠܝܐ; sive novas inserunt, ut ܨܠܘ̈ܢ *precationes*, a ܨܠܘ.

In primis adiicimus haec sequentia:

Masculina.

Sing.	ܐܒܐ	ܐܒ	ܐܒ	*pater.*
Plur.	ܐܒܗ̈ܐ	ܐܒܗ̈ܝ	ܐܒܗ̈ܝܢ	
Plur.	ܐܒܗ̈ܘܬܐ	ܐܒܗ̈ܘܬ	ܐܒܗ̈ܢ	
Sing.	ܒܪܐ	ܒܪ	ܒܪ	*filius.*
Plur.	ܒܢ̈ܝܐ	ܒܢ̈ܝ	ܒܢ̈ܝܢ	
Sing.	ܒܝܬܐ	ܒܝܬ	ܒܝܬ	*domus.*
Plur.	ܒܬ̈ܐ	ܒܬ̈ܝ	ܒܬ̈ܝܢ	
Sing.	ܫܡܐ	ܫܡ	ܫܡ	*nomen.*
Plur.	ܫܡܗ̈ܐ	ܫܡܗ̈ܝ	ܫܡܗ̈ܝܢ	
Plur.	ܫܡܗ̈ܘܬܐ	ܫܡܗ̈ܘܬ	ܫܡܗ̈ܢ	
Sing.	ܐܬܪܐ	ܐܬܪ	ܐܬܪ	*locus.*
Plur.	ܐܬܪ̈ܘܬܐ	ܐܬܪ̈ܘܬ	ܐܬܪ̈ܘܢ	

Feminina.

Sing.	ܐܡܐ	ܐܡ	ܐܡ	*mater.*
Plur.	ܐܡܗ̈ܘܬܐ	ܐܡܗ̈ܘܬ	ܐܡܗ̈ܢ	
Sing.	ܒܪܬܐ	ܒܪܬ	—	*filia.*
Plur.	ܒܢ̈ܬܐ	ܒܢ̈ܬ	ܒܢ̈ܢ	

Absolutum ܒܪܐ *filia* obsolevit.

Sing.	ܚܬܐ	—	—	*soror.*
Plur.	ܐܚ̈ܘܬܐ	ܐܚ̈ܘܬ	ܐܚ̈ܘܢ	
Sing.	ܐܡܬܐ	ܐܡܬ	ܐܡܐ	*ancilla.*
Plur.	ܐܡ̈ܗܬܐ	ܐܡ̈ܗܬ	ܐܡ̈ܗܢ	
Sing.	ܐܡܬܐ	ܐܡܬ	ܐܡܐ	*cubitus.*
Plur.	ܐܡ̈ܐ	ܐܡ̈ܝ	ܐܡ̈ܝܢ	
Sing.	ܐܘܡܬܐ	ܐܘܡܬ	ܐܘܡܐ	*gens.*
Plur.	ܐܡ̈ܘܬܐ	ܐܡ̈ܘܬ	ܐܡ̈ܘܢ	
Sing.	ܫܢܬܐ	ܫܢܬ	ܫܢܐ	*annus.*
Plur.	ܫ̈ܢܝܐ	ܫ̈ܢܝ	ܫ̈ܢܝܢ	
Sing.	ܣܦܬܐ	—	—	*labium.*
Plur.	ܣܦ̈ܘܬܐ	ܣܦ̈ܘܬ	ܣܦ̈ܘܢ	
Sing.	ܕܘܟܬܐ	ܕܘܟܬ	ܕܘܟܐ	*locus.*
Plur.	ܕܘܟ̈ܝܬܐ	ܕܘܟ̈ܝܬ	ܕܘܟ̈ܝܢ	

Nota. Placet hic aliqua observare de nomine denominativo, et diminutivo.

1. Nominum denominativorum appellatione quae Syriacae appellantur ܡܒܝ̈ܬܢܐ *domesticantes*, non solum complectimur primitivis originem debentia, sed ea quoque, quae a derivatis proficiscuntur. Quorum cum variae reperiantur classes, tres praecipuae formae adjectivorum denomi-

nativorum singularibus nominibus insigniuntur ܝܐ, ܢܝܐ, et ܝܐ, ad radicem in fine adiicientes. Sed tertia forma ܝܐ patronymicis, et gentilitiis nominis fere speciatim assignatur. Exempla 1. formae haec sunt, ܪܘܚܢܝܐ *spiritualis*, a ܪܘܚܐ *spiritus*, ܦܓܪܢܝܐ *corporeus*, a ܦܓܪܐ *corpus*; ܢܘܪܢܝܐ *ignitus*, a ܢܘܪܐ *ignis*, cet. 2. formae ܢܝܐ ut ܫܡܝܢܝܐ *coelestis*, a ܫܡܝܐ *coelum*, ܐܪܥܢܝܐ *terrenus*, a ܐܪܥܐ *terra*, cet. 3. formae ܝܐ ut ܕܪܡܣܘܩܝܐ *damascenus*, a ܕܪܡܣܘܩ *damascus*, ܐܘܪܫܠܡܝܐ *hierosolymitanus*, a ܐܘܪܫܠܡ *hierosolyma*; ܐܝܣܪܝܠܝܐ *israelita*, a ܐܝܣܪܝܠ *israel* cet.

2. Ex nominibus quae ab aliis ducta sunt nominibus, maxime sunt notatu digna diminutiva. Diminutionem deinde nominum masculinorum duplici modo aut terminatione ܘܢ aut ܘܣ adhibita fieri solet. Feminina vero nomina terminationem ܘܢܝܬ habent. Exempla sunt ܟܬܒܘܢܐ βιβλαρίδιον, a ܟܬܒܐ *liber*; ܒܪܘܢܐ *filiolus*, a ܒܪܐ *filius*; ܐܚܘܢܐ *fraterculus*, a ܐܚܐ *frater*, ܓܒܪܘܢܐ *vir parvulus*, a ܓܒܪܐ *vir*; et fem. ܐܢܬܬܘܢܝܬܐ *muliercula*, a ܐܢܬܬܐ *mulier*, ܡܠܟܬܘܢܝܬܐ *reginula*,

a ܡܰܠܟܬܳܐ *regina* cet. Neque in simplicibus solum sed etiam in compositis obvia sunt, ut ܒܰܪܢܳܫܽܘܢܳܐ *homuncio*, ܡܳܐܟܶܠܩܰܪ̈ܨܽܘܢܳܐ *susurrator parvus*; ܒܰܪܐܽܘܪ̈ܝܳܢܽܘܢܳܐ *parva sententia negativa*. Terminationem ܘܣ habent e.c. ܓܰܒܪܽܘܣܳܐ *vir parvus*; ܛܰܠܝܽܘܣܳܐ *puellus*; ܟܰܠܒܽܘܣܳܐ *catellus* cet. Potest et signum diminutionis, plerumque iocando, geminari, ut ܐܰܚܽܘܣܽܘܢܳܐ aut ܐܰܚܽܘܢܽܘܢܳܐ *fraterculus parvus*; ܓܰܒܪܽܘܣܽܘܢܳܐ aut ܓܰܒܪܽܘܢܽܘܢܳܐ *vir parvulus*, et fem. ܐܰܢ̈ܬܬܽܘܢܺܝܬܽܘܢܺܝܬܳܐ *muliercula parvula*; ܡܰܠܟܬܽܘܢܺܝܬܽܘܢܺܝܬܳܐ *reginula parvula* cet. Diminutio quoque fit geminando litteras radicales, ut a ܟܢܽܘܫܬܳܐ, ܟܽܘܫܟܳܫܬܳܐ *collectiuncula*; a ܙܰܓܳܐ, ܙܰܓܙܳܓܳܐ *titinnabulum*. Sed hic modus est rarior.

XIV. Nomina numeralia sunt vel cardinalia vel ordinalia.

Ordinalia.		Cardinalia.		
Fem.	Com.	Fem.	Com	
ܩܰܕܡܳܝܬܳܐ	ܩܰܕܡܳܝܳܐ	ܚܕܳܐ	ܚܰܕ	1.
ܬܪܰܝܳܢܺܝܬܳܐ	ܬܪܰܝܳܢܳܐ	ܬܰܪ̈ܬܶܝܢ	ܬܪܶ̈ܝܢ	2.

3.	ܬܠܬܐ	ܬܠܬ	ܬܠܝܬܝܐ	ܬܠܝܬܝܬܐ
4.	ܐܪܒܥܐ	ܐܪܒܥ	ܪܒܝܥܝܐ	ܪܒܝܥܝܬܐ
5.	ܚܡܫܐ	ܚܡܫ	ܚܡܝܫܝܐ	ܚܡܝܫܝܬܐ
6.	ܫܬܐ	ܫܬ	ܫܬܝܬܝܐ	ܫܬܝܬܝܬܐ

Post praefixa ܒܕܘܠ pro ܫܬܐ dicitur ܐܫܬܐ Luc. 1, 26.

7.	ܫܒܥܐ	ܫܒܥ	ܫܒܝܥܝܐ	ܫܒܝܥܝܬܐ
8.	ܬܡܢܝܐ	ܬܡܢܐ	ܬܡܝܢܝܐ	ܬܡܝܢܝܬܐ
9.	ܬܫܥܐ	ܬܫܥ	ܬܫܝܥܝܐ	ܬܫܝܥܝܬܐ
10.	ܥܣܪܐ	ܥܣܪ	ܥܣܝܪܝܐ	ܥܣܝܪܝܬܐ
11.	ܚܕܥܣܪ	ܚܕܥܣܪܐ	ܚܕܥܣܝܪܝܐ	ܚܕܥܣܝܪܝܬܐ
12.	ܬܪܥܣܪ	ܬܪܬܥܣܪܐ	ܬܪܥܣܝܪܝܐ	ܬܪܥܣܝܪܝܬܐ
13.	ܬܠܬܥܣܪ	ܬܠܬܬܥܣܪܐ	cet. cet.	
14.	ܐܪܒܥܣܪ	ܐܪܒܥܬܥܣܪܐ		
15.	ܚܡܫܥܣܪ	ܚܡܫܬܥܣܪܐ		

vel ܚܡܫܬܥܣܪ Ioh. 11, 18.

16.	ܫܬܥܣܪ	ܫܬܬܥܣܪܐ
	ܫܬܬܥܣܪ	
17.	ܫܒܥܣܪ	ܫܒܥܬܥܣܪܐ
18.	ܬܡܢܥܣܪ	ܬܡܢܬܥܣܪܐ
	ܬܡܢܬܥܣܪ	

19. ܬܫܥܣܪ ܬܫܥܣܪ̈ܐ

Porro communis generis sunt cardinalia haecce: ܥܣܪ̈ܝܢ *viginti*, ܬܠܬܝܢ *triginta*, ܐܪܒܥܝܢ *quadraginta*, ܚܡܫܝܢ *quinquaginta*, ܫܬܝܢ *sexaginta*; ܫܒܥܝܢ *septuaginta*, ܬܡܢܝܢ *octoginta*, ܬܫܥܝܢ *nonaginta*. At quibus formantur ordinalia, addita terminatione masc. ܝܐ, fem. ܝܬܐ, ut ܥܣܪ̈ܝܢܝܐ *vigesimus*, ܥܣܪ̈ܝܢܝܬܐ *vigesima*, cet. Reliqua sunt: ܡܐܐ *centum*, ܡܐܬܝܢ *ducenti*, ܬܠܬܡܐܐ *trecenti*, ܫܒܥܡܐܐ *septingenti*, ܬܡܢܡܐܐ *octingenti*, ܬܫܥܡܐܐ *nongenti*; ܐܠܦ *mille* (pro ܐܠܦ vel ܐܠܦ, unde emph. ܐܠܦܐ, et plur. ܐܠܦ̈ܐ, ܐܠܦܝܢ) et ܪܒܘ *myrias*.

CAPUT III.

De paradigmatibus particularium.

I. Quid sub particularum nomine comprehendatur, diximus supra cap. I. §. 1. Sunt autem, si figuram spectes, vel simplices, ut ܗܐ *ecce*, ܥܠ *super*; vel *compositae*, ut ܐܝܟܐ *ubi*, ܐܝܟܢܐ *quomodo*, ܐܝܢܐ vel ܐܝܢܘ *quis*, ܐܝܕܐ *quae*, ܐܝܡܟܐ

unde, ܒܠܥܕ *sine*, ܗܕܐ *haec*, ܗܘܝܘ *ille ipse*, ܗܝܕܝܢ *tunc*, ܗܟܘܬ *similiter*, ܗܟܝܠ *igitur*, ܗܟܢܐ *ita*, ܗܠܝܢ *hi*, ܗܢܐ *hic*, ܗܫܐ *iam*, ܡܕܝܢ *quapropter*, ܡܕܡ *aliquid*, chald. מִידִי, מִדָּם vel מִדְּעַם *idem*, ܡܟܐ *hinc*, ܡܟܝܠ *a nunc*, ܡܚܕܐ *statim*, ܡܬܘܡ *unquam*.

II. Si speciem consideres, adverbia, quae inter particulas locum tenent, aliquam multa a nominibus vel participiis deducuntur, adiecta terminatione ܬ, ܘܬ, maximeque ܐܝܬ: ut ܐܚܪܢܐܝܬ *postremo* a ܐܚܪܝܢ *postremus*, ܩܕܡܐܝܬ *primum* a ܩܕܡܝ *primus*; ܬܢܝܢܘܬ *iterum* a ܬܢܝܢ *secundus*; ܒܛܝܠܐܝܬ *sedulo* a ܒܛܝܠ *solicitus*, ܒܝܫܐܝܬ *male* a ܒܝܫ *malus*, ܒܨܝܪܐܝܬ *parum* a ܒܨܝܪ *parvus*, ܓܠܝܐܝܬ *manifeste* a ܓܠܐ *manifestus*, ܕܟܝܐܝܬ *pure* a ܕܟܐ *purus*, ܡܛܫܝܐܝܬ *clam* a ܡܛܫܝ *occultatus*, ܡܣܪܗܒܐܝܬ *festinanter* a ܡܣܪܗܒ *festinans*, cet.

§. III. Sunt autem particulae vel separatae, quales omnes hactenus adlatae, vel inseparabiles: et hae vel praefixae, ab initio, vel suffixae, in fine vocum.

IV. Particulae vel litterae praefixae Syris sunt tantuam quatuor, technica voce ܒܕܘܠ compre-

hensae. Quarum notanda est tum significatiō, tum praefigendi ratio.

V. Quod ad significationem, ܒ et ܘ cum Hebreorum praefixis et copulativo בְּ et וְ (nam conversivum, sive praeteriti, sive futuri, non habent Syri) plane conveniunt; ܕ vero τȣ̃ שׁ respondet, notans vel pronomen *qui quae quod*, vel caussale *ut* vel *quod*, vel genitivum casum, cet. ܠ non dativi solum, sed etiam accusativi nota est. Reliquorum praefixorum, quae Hebraeis sunt, defectum Syri alia ratione supplent. Nam loco he demonstrativi et vocativi nomen ipsum ponunt in statu emphatico; ut ܡܰܠܟܳܐ הַמֶּלֶךְ *rex* definite, vel *o rex*! vocative: interrogativum he, ut et mim et caph, per separatas particulas ܕܰܠܡܳܐ vel ܟܰܢ *numquid*? ܡܶܢ *a*, *ex*, *prae*, et ܐܰܝܟ *secundum*, exprimunt.

VI. Ceterum praefigendi ratio apud Syros in praefixis uniformis est: nempe

1. Regulariter sine vocali, ut ܒܫܶܡ *in nomine*, ܕܡܰܠܟܳܐ *regis*, ܘܗܽܘ et *ille*, ܠܝܰܘܡܳܐ *diei*.

2. Ante litteras vocali destitutas, ordinarie per pthocho, ut ܒܰܫܡܰܝܳܐ *in caelo*, ܕܰܬܪܶܝܢ *duorum* vel *secundus*, ܘܰܫܒܰܩ et *reliquit*, ܠܰܛܠܳܝܶܐ *pueris*; quod

3. Fit etiam, quum media radicis olaph,

remissa vocali sua ad primam, quiescit, ut ܒܡܐܐ pro ܒܡܐܐ *in centum* Marc. 4, 20. ܕܡܐܐ pro ܕܡܐܐ *quod centum* vers. 8, ܘܟܐܐ pro ܘܟܐܐ *et increpavit* Luc. 23, 40. ܠܡܐܐ pro ܠܡܐܐ τοῖς *centum*; aut quum media he occultatur, ut 2. Tim. 1, 17. ܠܪܗܘܡܝ *Romam*.

4. Ante litteras olaph et ee, quum hanc sequitur he, quacumque vocali instructas, et ante jud chvozatum, istas litteras, adsumta illarum vocali, faciunt quiescere, ut ܒܐܪܥܐ pro ܒܐܪܥܐ *in terra*, ܕܐܪܥܐ *terrae*, ܘܐܪܥܐ *et terra*; ܒܐܠܦܐ pro ܒܐܠܦܐ *in navi*, ܕܐܠܦܐ *quod navis*, ܘܐܠܦܐ *et navis*, ܠܐܠܦܐ *navi*; ܒܐܝܕܐ *in manu*, ܕܐܝܕܐ, ܘܐܝܕܐ, ܠܐܝܕܐ; ܒܐܟܕܢܐ *in vipera* ܠܐܟܕܢܐ; ܕܐܟܕܢܐ, ܘܐܟܕܢܐ, ܒܐܘܪܚܐ *in via*, ܕܐܘܪܚܐ, ܘܐܘܪܚܐ, ܠܐܘܪܚܐ, ܕܝܥܕܪ pro ܕܝܥܕܪ *quod prodest* 2. Tim. 2, 21. ܘܝܥܗܕ pro ܘܝܥܗܕ *et recordatus est*; ܒܝܠܝܕܐ pro ܒܝܠܝܕܐ *in nato*, ܘܝܠܝܕܐ, ܠܝܠܝܕܐ, ܕܝܠܝܕܐ.

5. Ante ܫܬܐ *sex* et ܫܬܝܢ *sexaginta*, specialiter per rvozo, ut ܒܫܬܝܢ *in sexaginta* Marc. 4, 29. ܕܫܬܝܢ *qui sexaginta* ver. 8. Matth. 13, 8. 23. ܘܫܬܝܢ *et sexaginta* Apoc. 11, 3. cap. 12, 6.

cap. 13, 18. ܘܫܬܐ *et sex* Iac. 5, 17. ܠܫܬܐ τοῖς ἓξ Ex. 31, 17. probabiliter, quod numeralia ista pronunciato fuerint velut scripta cum ܐ prosthetico ܐܫܬܐ et ܐܫܬܝܢ, coll. lib. I. cap. I. §. 5, 2. unde et ܘܐܫܬܐ scribitur Luc. 1, 26. 36.

6. In ܠܩܘܒܠ *contra* pro ܠܘܩܒܠ, et ܠܩܘܕܡ *ante* pro ܠܘܩܕܡ, wau cum vocali sua transponitur 2. Tim. 3, 8. At si pthocho pereat, praefixio est regularis, ut ܠܘܩܒܠܐ 2. Thess. 2, 4. ܠܘܩܕܡܝܢ Act. 26, 20.

VII. Suffixae particulae sunt pronomina, sive personalia sive possessiva, quae cum ex pronominibus separatis personalibus orta sint, igitur antequam illa explicentur, haec una cum reliquis pronominibus praemittenda ducimus. Sunt autem pronomina.

PERSONALIA.

	Pluralia.			Singularia,	
Fem.	Com.	Masc.	Fem.	Com.	Masc.
	ܚܢܢ *nos.*			ܐܢܐ *ego*	
ܐܢܬܝܢ *vos.*		ܐܢܬܘܢ *vos.*	ܐܢܬܝ *tu.*		ܐܢܬ *tu.*
ܗܢܝܢ *illae.*		ܗܢܘܢ *illi.*	ܗܝ *illa.*		ܗܘ *ille.*

Pro ܗܘ et ܗܝ dicitur quoque ܗܘܘ *ille*, ܗܝܝ *illa*: et pro ܗܢܘܢ, ܗܢܝܢ, *illi*, *illae*, dicitur

ܐܢܘܢ , ܐܢܝܢ , exprimendo accus. casui post verba transitiva, ut ܐܟܠ ܐܢܘܢ *voravit eos* Apoc. 20, 9. ܡܠܘ ܐܢܝܢ *impleverunt eas* Luc. 5, 7. reddendo verbo substantivo *sumus*, *estis*, *sunt*, ut ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ *vos estis* Matth. 5, 13. 14. ܕܒܒܝܬܐ ܐܢܘܢ *qui domi sunt* vers. 15. ܬܠܬ ܐܢܝܢ ܫܥܝܢ *tres sunt horae* Act. 2, 15. Hinc differunt ܫܕܪܘ ܗܢܘܢ *miserunt ipsi* Ioh. 7, 32. et ܫܕܪܘ ܐܢܘܢ *miserunt illos*: prius subiective, posterius obiective capitur.

DEMONSRATIVA.

ܗܢܝܢ *hae*.

ܗܢܘܢ } *hi*.

ܗܠܝܢ *hi* vel *hae*.

ܗܕܐ, ܗܕܐ } *haec*.

ܗܢܐ *hic*.

Pro ܗܕܐ est ܗܕܐ, si sequatur ܗܝ, cum quo coalescit, ut ܗܕܐ ܗܝ *haec est* Luc. 22, 53. Ioh. 2, 11. 1. Ioh. 5, 4. Apoc. 20, 5.

RELATIVUM.

Separatum non extat, exprimitur vero per praefixum ܕ §. 5.

INTERROGATIVA.

1. De persona, in utroque genere et numero, ܡܢ *quis? quae? quinam, quaenam?* Matth.

11, 16. ܠܡܢ *cuinam?* ܡܢ ܗܝ ܐܡܝ ܘܡܢ ܐܢܘܢ ܐܚܝ *quaenam est mater mea? et quinam sunt fratres mei?* Marc. 3, 33. Frequentius tamen loco ܡܢ, dicitur ܡܢܘ pro ܡܢ ܗܘ Matth. 3, 7. etiam de pluribus, ut ܡܢܘ ܐܠܝܢܗܘܢ *quinam sunt?* Apoc. 7, 13. Reperitur et ܐܝܢܐ *quis?* et ܐܝܕܐ *quae?* Matth. 22. 28. Relative capitur ܐܝܢܐ pro *qui* Hebr. 5, 2.

2. At de re, ܡܐ vel ܡܢܐ *quid?* vel *quam?* Matth. 27, 4. cap. 5. 47. raro ܡܢܘ idem, jud. 13, 17. Neh. 11, 24. Reperitur quidem Luc. 8, 30. ܡܢܘ ܫܡܟ *quisnam*, pro *quodnam est nomen tuum?* sed hoc inde est, quod huic interrogationi respondetur proferendo nomen, quod non rem, sed personam notat.

3. De persona et de re indifferenter, plur. ܐܝܠܝܢ *quinam?* vel *quaenam*, sive personae femineae, sive res? 1. Thess. 4, 2. Hebr. 3, 17.18. cap.5,12. Denique ܐܝܠܝܢ ܕܐܝܟ *quales?* 2.Petr.3.11.

RECIPROCA.

Formantur per ܢܦܫܐ *anima*, vel ܩܢܘܡܐ *substantia*, cum adiectis suffixis: de quibus in syntaxi lib. III. cap. III. §. 7.

POSSESSIVA.

Sive per mera suffixa, sive per ܕܝܠ cum adiectis suffixis. Vide ibid. §. 14.

VIII. Suffixa pronomina sunt verborum, vel nominum, vel particularum. Et verbalia quidem considerabimus, pro differentiis temporum modorumque: ubi praemonuerimus, verba 1. et 2. personae non admittere suffixa eiusdem personae.

IX. Suffixa praeteritorum

1. 3. pers. sing. masc. ܩܛܠ *interfecit.*

Singularia.

Fem.	Comm.	Masc.
	ܩܛܠܢܝ *interfecit me* com.	
ܩܛܠܟܝ *te* fem.		ܩܛܠܟ *te* masc.
ܩܛܠܗ̇ *eam*		ܩܛܠܗ *eum.*

Pluralia.

Fem.	Comm.	Masc.
	ܩܛܠܢ *nos* com.	
ܩܛܠܟܝܢ *vos* fem.		ܩܛܠܟܘܢ *vos* Masc.
ܩܛܠ ܐܢܝܢ *eas*		ܩܛܠ ܐܢܘܢ *eos.*

Sic ab ܐܕܒܪ *conduxit* fit ܐܕܒܪܢ *conduxit nos* Matth. 20, 7. ܝܕܥ *novit* ܝܕܥܟ *novit te* Ioh. 17. 25. ܐܚܒ *amavit*, ܐܚܒܢܝ *amavit me* Ioh. 15, 9. ܐܚܕ *adprehendit*, ܐܚܕܗ̇ *adprehendit illam* Marc. 1, 31. ܐܩܝܡ *erexit*, ܐܩܝܡܗ̇ *erexit eam*, ibid. ܐܥܠ, ܐܥܠܗ *ingredi fecit eum* Ioh. 18, 16.

At verba 3. rad. ܐ vel ܝ in suffixis hunc sequuntur typum: ut ܩܪܐ *vocavit*

ܩܪܢܝ *vocavit me* com.

ܩܪܟܝ *te* fem. ܩܪܟ *te* masc.

ܩܪܗ *eam* ܩܪܝܗܝ *eum*

ܩܪܢ *nos* comm.

ܩܪܟܝܢ *vos* fem. ܩܪܟܘܢ *vos* masc.

ܩܪܐ ܐܢܝܢ *illas.* ܩܪܐ ܐܢܘܢ *illos.*

Vide Act. 23, 18. Luc. 14, 10. Esa. 54, 6. Matt. 18, 32. Luc. 8, 54. Act. 16, 10. Gal. 1, 6. Matth. 4, 21. Sic a ܓܒܐ *elegit*; ܓܒܝܗܝ *elegit eum* 2. Tim. 2, 4. ܓܒܗ *eam* Zach. 3, 2. ܓܒܢ *nos* Eph. 1, 4. ܓܒܟܘܢ *vos* 2. Thess. 2, 13. ܣܢܐ ܐܢܘܢ *odit eos* Ioh. 17, 14.

Pael ܚܘܝ *ostendit.*

ܚܘܝܢܝ *ostendit mihi* com.

ܚܘܝܟܝ *tibi* fem. ܚܘܝܟ *tibi* masc.

ܚܘܝܗ *ei* fem. ܚܘܝܗܝ *ei* masc.

ܚܘܝܢ *nobis* com.

ܚܘܝܟܝܢ *vobis* fem. ܚܘܝܟܘܢ *vobis* masc.

ܚܘܝ ܐܢܝܢ *eis* fem. ܚܘܝ ܐܢܘܢ *eis* masc.

2. 3. sing. fem. ܩܛܠܬ *interfecit.*

ܩܛܠܬܢܝ *interfecit me* com.

ܩܛܠܬܟܝ *te* fem. ܩܛܠܬܟ *te* masc.

ܩܛܠܬܗ *eam.* ܩܛܠܬܗ *eum.*

ܩܛܠܬܢ *nos* com.

ܩܛܠܬܟܝܢ *vos* fem. ܩܛܠܬܟܘܢ *vos* masc.

ܩܛܠܬ ܐܢܝܢ *eas.* ܩܛܠܬ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla sunt ܝܠܕܬܢܝ *peperit me* (ab ܝܠܕ) Ier. 20, 14. ܒܛܢܬܢܝ *concepit me* Ps. 51, 7. ܝܠܕܬܟ *peperit te* Ier. 22, 26. ܚܒܠܬܟܝ *parturiit te* (in pael) Cant. 8, 5. ܕܒܪܬܗ *duxit eum* Luc. 4. 1. ܢܛܪܬܗ *custodit eum* Ioh. 12, 17. ܐܟܠܬܗ *voravit illud* Luc. 8, 5. ܝܠܕܬܗ *peperit eum* Matth. 1, 25. ܫܒܩܬܗ *reliquit illam* Marc. 1, 31. ܫܥܬܗ *oblevit eam*, et ܣܡܬܗ *posuit eam*, Ex. 2, 3. ܐܢܗܪܬܗ *illuminavit eam* (in aphel) Apoc. 21, 23. ܐܫܦܟܬܗ *effudit illam* Matth. 26, 7. ܐܚܕܬܢ *adprehendit nos* Ier. 6, 24. ܐܕܪܟܬܢ *adsecuta est nos* (in Aphel) Num. 20, 14. ܫܡܥܬ ܐܢܘܢ *audivit eos* Ioh. 10, 8. ܐܘܩܕܬ ܐܢܘܢ *accendit eos* (in aphel.) Esa. 47, 14.

At verba 3. rad. ܐ in peal, e. g. ܚܙܬ *vidit*, a ܚܙܐ :

ܚܙܢܝ *vidit me* com.

ܚܙܟ *te* masc. ܚܙܟܝ *te* fem.

ܚܙܗܝ *eum.* ܚܙܗ *eam.*

ܚܙܢ *nos* com.

ܚܙܟܘܢ *vos* masc. ܚܙܟܝܢ *vos* fem.

ܚܙܐ ܐܢܘܢ *eos.* ܚܙܐ ܐܢܝܢ *eas.*

In pael vero et aphel, e. g. ܛܫܝ, a ܛܫܐ *occuluit:*

ܛܫܝܢܝ *occuluit me* com.

ܛܫܝܟ *te* masc. ܛܫܝܟܝ *te* fem.

ܛܫܝܗܝ *eum.* ܛܫܝܗ *eam.*

ܛܫܝܢ *nos* com.

ܛܫܝܟܘܢ *vos* masc. ܛܫܝܟܝܢ *vos* fem.

ܛܫܝ ܐܢܘܢ *eos.* ܛܫܝ ܐܢܝܢ *eas.*

Sic ܟܣܝܢܝ *texit me* Psal. 44, 16. ܐܚܝܬܟܝ *servavit te* fem. Matth. 9, 22. ܐܝܬܝܗ vel secundum Polygl. ܐܝܬܝܬܗ *adduxit eum* cap. 14, 11. ܛܫܝܗܝ *occuluit eum* Ex. 2, 2. ܛܫܝ ܐܢܘܢ *occuluit illos* Ios. 2, 4.

3. 2. Sing. masc. ܩܛܠܬ *interfecisti.*

ܩܛܠܬܢܝ *interfecisti me* com.

ܩܛܠܬܗ *eam.* ܩܛܠܬܝܗܝ *eum.*

ܩܛܠܬܢ *nos* com.

ܩܛܠܬ ܐܢܝܢ *eas.* ܩܛܠܬ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla sunt. ܝܕܥܬܢܝ *cognovisti me* Ioh. 14, 9. ܢܛܪܬܝܗܝ *servavisti eum* Ioh. 1, 10. ܣܥܪܬܝܗܝ *visitasti eum*, et ܥܗܕܬܝܗܝ *meministi eius* Hebr. 2, 7. et in aphel. ܐܣܩܬܢܝ *adscendere fecisti me* Psal. 71, 20. ܐܡܟܬܝܗܝ *humiliasti eum*, et ܐܫܠܛܬܝܗܝ *dominari fecisti eum*, ibid. ܐܣܩܬܢ *adscendere fecisti nos* Ex. 17, 3. Ps. 44, 8. 10. 12. et in verbis 3. rad. ܐ, ܪܕܝܬܢܝ *erudivisti me* Ier. 31, 18. ܚܘܝܬܢܝ *ostendisti mihi* Ex. 33. 12. ܐܚܝܬܢܝ *vivificasti me* Ps. 71, 20.

4. 2. sing. fem. ܩܛܠܬܝ *interfecisti.*

ܩܛܠܬܝܢܝ *interfecisti me* com.

ܩܛܠܬܝܗ *eam.* ܩܛܠܬܝܗܝ *eum.*

ܩܛܠܬܝܢ *nos* com.

ܩܛܠܬܝ ܐܢܝܢ *eas.* ܩܛܠܬܝ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla. ܣܚܦܬܝܢܝ *destruxisti me* Iud. 11. 35. ܝܠܕܬܝܢܝ *peperisti me* Ier. 2. 27. ܐܘܠܕܬܝܢܝ *ad*

iram provocasti me Ez. 16, 26. ܣܡܬܝܘܗܝ *posuisti illud* vers. 19. ܐܘܡܝܬܢ *adiurasti nos* Ios. 2, 17. 20. ܐܫܪܝܬܢ *demisisti nos* vers. 18. ܐܫܟܚܬ ܐܢܘܢ *invenisti eos* Ier. 2, 34.

5. 1. sing. ܩܛܠܬ *interfeci*.

ܩܛܠܬܟܝ *te* fem. ܩܛܠܬܟ *interfeci te* masc.

ܩܛܠܬܗ̇ *eam*. ܩܛܠܬܗ *eum*.

ܩܛܠܬܟܝܢ *vos* fem. ܩܛܠܬܟܘܢ *vos* masc.

ܩܛܠܬ ܐܢܝܢ *eas*. ܩܛܠܬ ܐܢܘܢ *eos*.

Exempla. ܝܕܥܬܟ *novi te* Ex. 33. 12. ܝܠܕܬܟ *genui te* Hebr. 1, 5. ܚܣܬܟ *misertus sum tui* Matth. 18, 33. ܝܕܥܬܟܘܢ *novi vos* Matth. 7, 23. ܣܡܬܟܘܢ *posui vos* Ioh. 15. 16. At a ܝܗܒ *dedit*, ܝܗܒܬܟ *dedi te* Gen. 17. 5. ܝܗܒܬܗ *dedi illud* Lev. 6, 17. Et in pael ܦܩܕܬܟ *praecepi tibi* Ex. 31, 11. ܫܒܚܬܟ *glorificavi te* Ioh. 17, 4. ܩܪܒܬܗ *adduxi eum* Matth, 17, 16. ܫܠܡܬܗ *perfeci illud* Ioh. 17, 4. ܦܩܕܬܟܘܢ *praecepi vobis* Matth. 28, 20. ܫܕܪܬܟܘܢ *misi vos* Ioh. 4, 38. ܫܕܪܬ ܐܢܘܢ *misi eos* Ioh. 17, 18. Item in aphel ܐܠܒܫܬܟ *indui te* Zach. 3, 4. ܐܚܒܬܟܘܢ *dilexi vos* Ioh. 15, 9. ܐܘܠܕܬܟܘܢ *genui vos*

1. Cor. 4, 15. ܐܘܕܥܬܟܘܢ *notificavi vobis* Ioh. 15, 15.

Quae vero tertiam rad. ܐ in ܝ mutant, ita flectuntur, ut a ܚܙܐ *vidit*, ܚܙܝܬ *vidi*:

ܚܙܝܬܟܝ *te* fem.	ܚܙܝܬܟ *vidi te* masc.
ܚܙܝܬܗ *eam*.	ܚܙܝܬܗ *eum*.
ܚܙܝܬܟܝܢ *vos* fem.	ܚܙܝܬܟܘܢ *vos* masc.
ܚܙܝܬ ܐܢܝܢ *eas*.	ܚܙܝܬ ܐܢܘܢ *eos*.

Exempla. ܚܙܝܬܟ *vidi te* Ioh. 1, 49. ܐܫܬܝܬܗ *bibi illum* Matth. 26, 42. ܓܒܝܬܟܘܢ *elegi vos* Ioh. 15, 16. 19. et in pael ܚܘܝܬܟܘܢ *ostendi vobis* Ioh. 10, 32.

6. 3. plur. masc. ܩܛܠܘ *interfecerunt*.

ܩܛܠܘܢܝ *interfecerunt me* com.

ܩܛܠܘܟܝ *te* fem.	ܩܛܠܘܟ *te* masc.
ܩܛܠܘܗ *eam*.	ܩܛܠܘܗܝ *eum*.

ܩܛܠܘܢ *nos* com.

ܩܛܠܘܟܝܢ *vos* fem.	ܩܛܠܘܟܘܢ *vos* masc.
ܩܛܠܘ ܐܢܝܢ *eas*.	ܩܛܠܘ ܐܢܘܢ *eos*.

Exempla. ܝܕܥܘܢܝ *noverunt me* Ier. 2, 8. ܕܩܪܘܗܝ *transfixerunt eum* Apoc. 1, 7. ܕܒܪܘܗ *duxerunt eam* Matth. 22, 28. in pael, ܚܘܝܘܢ *mi-*

serunt nos Ioh. 1, 22. ܫܐܠܘ ܐܢܘܢ *interrogarunt eos* cap. 9, 19. et in aphel. ܐܘܕܥܘܗܝ *indicarunt ei* Act. 25. 2. Reperitur et ܐܪܓܙܘܢܢܝ pro ܐܪܓܙܘܢܝ *ad iram provocarunt me* Zach. 8, 14. ܦܩܕܘܢܢܝ *mandaverunt mihi*.

At a ܚܙܐ *vidit*, plur. ܚܙܘ *viderunt*, fit

ܚܙܐܘܢܢܝ vel ܚܙܐܘܢܝ *viderunt me* com.

ܚܙܐܘܟܝ *te* fem. ܚܙܐܘܟ *te* masc.

ܚܙܐܘܗ *eam*. ܚܙܐܘܗܝ *eum*.

ܚܙܐܘܢܢ l. ܚܙܐܘܢ *nos* com.

ܚܙܐܘܟܝܢ *vos* fem. ܚܙܐܘܟܘܢ *vos* masc.

ܚܙܘ ܐܢܝܢ *eas*. ܚܙܘ ܐܢܘܢ *eos*.

Exempla. ܒܥܐܘܢܝ *quaesiverunt me* Esa. 65, 1. et ܒܥܐܘܢܢܝ *idem* Rom. 10, 20. ܩܪܐܘܢ *vocarunt nos* Act. 28, 2. ܚܙܐܘܗܝ *viderunt eum* Matth. 2, 10. ܡܠܘ ܐܢܝܢ *impleverunt eas* Luc. 5, 7.

A ܢܣܘ *tentarunt*, et similibus formis, dicitur

ܢܣܘܢܝ *tentarunt me* com.

ܢܣܘܟܝ *te* fem. ܢܣܘܟ *te* masc.

ܢܣܘܗ *eam*. ܢܣܘܗܝ *eum*.

ܢܣܝܘܢ *nos* Com.

ܢܣܝܘܟܝܢ *vos* fem. ܢܣܝܘܟܘܢ *vos* masc.

ܢܣܝܘ ܐܢܝܢ *eas.* ܢܣܝܘ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla. ܢܣܝܘܢܝ *tentarunt me* Hebr. 3, 9. ܨܚܝܘܗܝ *conviciati sunt ei* Ioh. 9, 28. Sic in aphel ܐܝܬܝܘܗܝ *adduxerunt eum* vers. 13.

7. 3. plur. fem. ܩܛܠܝܢ vel ܩܛܠܝ: unde ܪܕܝܢܝ *castigarunt me* Psal. 16, 8. ܐܫܟܚܝܢܗ *invenerunt eum* Luc. 24, 3. et ܥܒܕܝܢܝ ܘܬܩܢܝܢܝ *fecerunt me, et pararunt me*, Ps. 119. 73. in aphel ܐܬܡܗܢ *obstupefecerunt nos* Luc. 24, 22.

8. 2. plur. masc. ܩܛܠܬܘܢ *interfecistis*: unde in peal ܣܥܪܬܘܢܢܝ *visitastis me* Matth. 25, 35. ܪܚܡܬܘܢܢܝ *amavistis me* Ioh. 17. 27. ܐܚܕܬܘܢܢܝ *comprehendistis me* Marc. 14, 49. ܐܫܟܚܬܘܢܝܗܝ, *invenistis eum* Matth. 2, 8. ܥܒܕܬܘܢܝܗܝ *fecistis illud* cap. 21, 13. In pael, ܟܢܫܬܘܢܢܝ *congregastis me*, et ܟܣܝܬܘܢܢܝ *vestivistis me*; item in aphel ܐܫܩܝܬܘܢܢܝ *bibendum dedistis mihi*, cap. 25, 35. Post fem. ܩܛܠܬܝܢ *interfecistis* nulla suffixorum exempla hactenus nobis suppetunt.

9. 1. plur. ܩܛܠܢ vel ܩܛܠܢܢ *interfecimus:*

ܩܛܠܢܟܝ *te* fem. ܩܛܠܢܟ *interfecimus te* Masc.

ܩܛܠܢܗ *eam.* ܩܛܠܢܝܗܝ *eum.*

ܩܛܠܢܟܝܢ *vos* fem. ܩܛܠܢܟܘܢ *vos* masc.

ܩܛܠܢ ܐܢܝܢ *eas.* ܩܛܠܢ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla. ܛܠܡܢܟ *laesimus te* Mal. 3, 8. ܫܡܥܢܝܗܝ *audivimus illum* Marc. 14, 58. ܫܒܩܢܗ *reliquimus eam* Act. 21, 3. ܝܗܒܢܗ *dedimus eam* Deut. 29, 8. ܚܙܝܢܟ *vidimus te*, ܬܪܣܝܢܟ *cibavimus te*, ܐܫܩܝܢܟ *bibendum dedimus tibi*, ܟܢܫܢܟ *excepimus te*, ܟܣܝܢܟ *vestivimus te* Matth. 25, 37. 38. ܒܪܟܢܟܘܢ *benediximus vobis* Psal. 118, 26.

X. Suffixa infinitivorum,

1. In pael, ܡܩܛܠܘ *interficere.*

ܡܩܛܠܘܬܝ *me* com,

ܡܩܛܠܘܬܟܝ *te* fem. ܡܩܛܠܘܬܟ *te* masc.

ܡܩܛܠܘܬܗ *eam.* ܡܩܛܠܘܬܗ *eum.*

ܡܩܛܠܘܬܢ *nos* com.

ܡܩܛܠܘܬܟܝܢ *vos* fem. ܡܩܛܠܘܬܟܘܢ *vos* masc.

ܡܩܛܠܘ ܐܢܝܢ *eas.* ܡܩܛܠܘ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla. ܡܩܒܪܘܬܝ *sepelire me* Matth. 26,

12. ܡܩܛܠܢܝ *interficere me* Ioh. 7, 19. ܡܩܛܠܟ *interficere te* vers. 20. ܡܪܓܡܟ *lapidibus obruere te* cap. 11, 8. ܡܐܚܕܘܗܝ *adprehendere eum* cap. 7, 30.

At in verbis 3. rad. ܐ, ܡܣܢܐ *odisse*

ܡܣܢܝܢܝ *me* com.

ܡܣܢܝܟܝ *te* fem.	ܡܣܢܝܟ *te* masc.
ܡܣܢܝܗ *eam.*	ܡܣܢܝܘܗܝ *eum.*

ܡܣܢܝܢ *nos* com.

ܡܣܢܝܟܝܢ *vos* fem.	ܡܣܢܝܟܘܢ *vos* masc.
ܡܣܢܐ ܐܢܝܢ *eas.*	ܡܣܢܐ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla . ܡܚܙܝܢܝ *videre me*, ܡܚܙܝܟ *videre te* Luc. 8, 20. ܡܒܥܝܘܗܝ *quaerere eum* Matth. 2, 13. ܡܣܢܝܟܘܢ *odisse vos* Ioh. 7, 7.

2. In reliquis coniugationibus, terminatio ܘ ante suffixa mutatur in ܘܬ, excepto suffixo 3. pers. pluralis ut:

ܡܩܒܠܘ *accipere.*

ܡܩܒܠܘܬܢܝ *me* com.

ܡܩܒܠܘܬܟܝ *te* fem.	ܡܩܒܠܘܬܟ *te* masc.
ܡܩܒܠܘܬܗ *eam.*	ܡܩܒܠܘܬܗ *eum.*

ܡܩܛܠܘܬܢ *nos* com.

ܡܩܛܠܘܬܟܝܢ *vos* fem. ܡܩܛܠܘܬܟܘܢ *vos* masc.

ܡܩܛܠܘ ܐܢܝܢ *eas.* ܡܩܛܠܘ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla. ܡܕܟܝܘܬܢܝ *purificare me* Matth. 8,2. ܡܩܒܠܘܬܗ *accipere eum* Ioh. 14, 17. ܡܦܫܩܘܬܗ *explicare illud* Hebr. 5, 11. ܡܘܒܕܘܬܢ *perdere nos* Marc. 1, 24. ܡܚܝܒܘܬܟܘܢ *condemnare vos* Col. 2, 18. ܡܝܬܝܘ ܐܢܘܢ *adducere illos* Ioh. 10, 16.

XI. Suffixa imperativorum,

1. singularis masc. ut ܩܛܘܠ *interfice.*

ܩܛܘܠܝܢܝ *me* com.

ܩܛܘܠܝܗ *eam.* ܩܛܘܠܝܗܝ *eum.*

ܩܛܘܠܝܢ *nos* com.

ܩܛܘܠ ܐܢܝܢ *eas.* ܩܛܘܠ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla. in pael ܦܪܘܩܝܢܝ *eripe me* Matth. 14, 30. ܬܒܘܥܝܢܝ *vindica me* Luc. 18, 3. ܙܩܘܦܝܗܝ *crucifige eum* Ioh. 19, 6. ܥܒܕܝܗܝ *fac illud* Ex. 26, 31. ܦܣܘܩܝܗ *abscinde eam* Matth. 18, 8. Ioh. 12, 7. ܦܪܘܩܝܢ *libera nos* Luc. 11. 4. ܦܪܘܣ ܐܢܘܢ *obduc eos* Ex. 25, 28. et in imperfectis, ܐܟܘܠܝܗܝ *comede illud* Apoc. 10, 9. ܓܪܘܓܝܢܝ *trahe me*, et

ܐܥܠܝܢܝ *introduc me* Cant. 1, 4. ܣܝܡܝܢܝ *pone me* Cant. 8, 6. ܣܝܡܝܗܝ *pone eum* Num. 21, 8. ܣܝܡܝܗ *pone eam* Ex. 30, 18. ܦܫܘܚܝܗܝ *frange eum*, a ܦܫܚ pro ܦܫܚܐ Lev. 6, 21. ܛܪ ܐܢܘܢ *serva eos* Ioh. 17, 11.

In ethpeel: ܐܬܕܟܪܝܢܝ *recordare mei* Luc. 23, 42. In pael: ܦܨܝܢܝ *libera me* Ps. 31, 2. ܥܕܪܝܢܝ *iuva me* Matth. 15, 25. ܩܕܫܝܗܝ *sanctifica illum* Ex. 40, 10. ܩܕܫ ܐܢܘܢ *sanctifica illos* Ex. 40, 13. In aphel: ܐܫܡܥܝܢܝ *audire me fac* fem. Cant. 2, 14. ܐܘܟܠܝܗܝ *ciba eum* Rom. 12. 20. ܐܣܩܝܗܝ *adscendere fac eum* Ex. 33, 12. ܐܟܣܝܗܝ *argue eum* Matth. 18, 15. ܐܦܩܝܗ *eiice eam* Gal. 4, 20.

At verba 3. rad. ܐ sequuntur hunc typum, in peal:

ܒܥܝ *quaere*.

ܒܥܝܢܝ *me* com.

ܒܥܝܗ *eam*. ܒܥܝܗܝ *eum*.

ܒܥܝܢ *nos* com.

ܒܥܝ ܐܢܝܢ *eas*. ܒܥܝ ܐܢܘܢ *eos*.

Exempla: ܡܚܝܢܝ *dele me* Ex. 32, 33. ܚܨܝܗ ܘܦܣܩܝܗ *erue eam, et abscinde eam* Matth. 5, 29.

ܥܢܝܢ *responde nobis* 1. Reg. 18, 26. ܫܪܝ ܐܢܘܢ *dimitte eos* Marc. 6, 36.

In pael et aphel ita:

ܦܪܘܩ *eripe.*

ܦܪܘܩܝܢܝ *me* com.

ܦܪܘܩܝܗ *eam.* ܦܪܘܩܝܗܝ *eum.*

ܦܪܘܩܢ *nos* com.

ܦܪܘܩ ܐܢܝܢ *eas.* ܦܪܘܩ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla. ܚܘܝܢܝ *ostende mihi* Ex. 33, 18. ܚܘܝܢ *ostende nobis* Ioh. 14, 8. Et in aph. ܐܝܬܝܘܗܝ *adduc eum* Matth. 17, 17. ܐܚܝܢܝ *vivifica me* Psal. 119, 25. ܐܣܚܐ ܐܢܘܢ *lava eos* Ex. 40, 12.

2. Sing. fem. ut ܩܛܘܠܝ *interfice.*

ܩܛܘܠܝܢܝ *me* com.

ܩܛܘܠܝܗ *eam.* ܩܛܘܠܝܗܝ *eum.*

ܩܛܘܠܝܢ *nos* com.

ܩܛܘܠܝ ܐܢܝܢ *eas.* ܩܛܘܠܝ ܐܢܘܢ *eos.*

Exemplum in pael, ܗܝܡܢܝܢܝ *crede mihi* Ioh. 4, 21.

Et in verbis 3. rad. ܐ, ut ܒܥܝ *quaere.*

ܒܥܝܢܝ *me* com.

ܒܥܝܗ *eam.* ܒܥܝܗܝ *eum.*

ܒܥܝܢ *nos* com.

ܒܥܝ ܐܢܝܢ *eas.* ܒܥܝ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla. In pael, ܚܘܝܢܝ *ostende mihi* Cant. 2, 14. et in aphel, ܐܝܬܝܗܝ *adduc eum* 2. Sam. 14, 10.

3. Plur. masc. ut ܩܛܘܠܘ *interficite*,

ܩܛܘܠܘܢܝ *me* com.

ܩܛܘܠܘܗ *eam.* ܩܛܘܠܘܗܝ *eum.*

ܩܛܘܠܘܢ *nos* com.

ܩܛܘܠܘ ܐܢܝܢ *eas.* ܩܛܘܠܘ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla. ܫܩܘܠܘܢܝ *tollite me* Ion. 1, 12. ܙܩܘܦܘܗܝ *crucifigite eum* Ioh. 19, 6. ܐܚܘܕܘܗܝ *capite eum*, ab absoluto ܐܚܘܕܘ Marc. 14, 44. ܦܪܘܥܘܗ *retribuite ei* Apoc. 18, 6. transposito ezozo ante incrementum finale, sec. lib. I. cap. II. §. 11. 1. Quam flexionem imitantur et illa verba, quae in imperativo absoluto pthocho habent; ut a ܫܡܥܘ *audite*, fit ܫܡܥܘܢܝ *audite me* Gen. 23, 8. a ܕܒܪܘ *sumite*, ܕܒܪܘܗܝ *sumite eum* Ioh. 18, 31.

et ab ܐܡܪܘ *dicite*, ܐܡܪܘܗܝ *dicite illud* Matth. 10, 27. Aliud est, ubi 1. rad. in imperativo deficit: ut ab ܗܒܘ *date*, ex ܝܗܒ *dedit*, dicitur ܗܒܘܗܝ *date illum* 2. Sam. 20, 21. ܗܒܘܗ *date illam* Gen. 34, 8. pro quo tamen et ܗܒܘܗ̇ legitur Matth. 25, 28. Aliquando interponitur nun epentheticum ut ܓܫܘܫܘܢܢܝ pro ܓܫܘܫܘܢܝ *contrectate me* Luc. 24, 39. ܐܚܘܕܘܢܝܗܝ *capite eum* Ps. 2, 11. In pael et aphel ܐܦܩܘܗܝ *eiicite eum* Matth. 25, 30. ܐܘܒܠܘܗܝ *adducite eum* Marc. 14, 44. ܐܥܡܕܘ ܐܢܘܢ *baptizate eos* Matth. 28, 19. ܐܠܦܘ ܐܢܘܢ *docete eos* vers. 20. ܨܒܥܘܗ *intingite eam*.

At in verbis 3. rad. olaph, a ܒܥܘ *quaerite* fit.

ܒܥܐܘܢܝ *me* com.

ܒܥܐܘܗ *eam*. ܒܥܐܘܗܝ *eum*.

ܒܥܐܘܢ *nos* com.

ܒܥܘ ܐܢܝܢ *eas*. ܒܥܘ ܐܢܘܢ *eos*.

Exempla. ܒܥܐܘܢܝ *quaerite me* Esa. 46, 19. ܫܪܐܘܗܝ *solvite eum* Ioh. 11, 44. ܚܙܐܘܗܝ *videte eum* Hebr. 3, 1. ܒܨܐܘܗ *exquirite eam*. In pael et aphel: ܚܘܐܘܢܝ *indicate mihi* Matth. 2, 8. ܐܝܬܐܘܗܝ *adducite eum* Marc. 11, 2.

4. Plur. fem. ut ܩܛܘܠܶܝܢ *interficite*.

ܩܛܘܠܝܢܝ *me* com.

—— *eam*. ܩܛܘܠܝܢܘܗܝ *eum*.

—— *nos* com.

ܩܛܘܠܝܢ ܐܢܝܢ *eas*. ܩܛܘܠܝܢ ܐܢܘܢ *eos*.

Exempla: ܫܡܥܝܢܝ *auscultate me* Esa 51, 4. et in pael, a ܫܒܚܝܢ *laudate*, ܫܒܚܝܢܘܗܝ *laudate eum* Rom. 15, 11.

XII. Suffixa futurorum,

1. Sing. et plur. 1. pers. et sing. masc. 2. nec non masc. et fem. 3. pers. ܐܩܛܘܠ *interficiam*, ܢܩܛܘܠ *interficiet* et *interficiemus*, ܬܩܛܘܠ *interficies*.

ܢܩܛܘܠ *interficiet*.

ܢܩܛܠܢܝ *me* com.

ܢܩܛܠܟܝ *te* fem. ܢܩܛܠܟ *te* masc.

ܢܩܛܠܝܗ *eam*. ܢܩܛܠܝܘܗܝ *eum*.

ܢܩܛܠܢ *nos* com.

ܢܩܛܘܠܟܝܢ *vos* fem. ܢܩܛܘܠܟܘܢ *vos* masc.

ܢܩܛܘܠ ܐܢܝܢ *eas*. ܢܩܛܘܠ ܐܢܘܢ *eos*.

Exempla: in pael, ܢܥܒܪܢܝ *praetereat me*

Matth. 26, 39. ܢܐܟܠܢܝ *comedet me* Ioh. 6, 57. ܢܦܪܥܟ *rependet tibi* Matth. 6, 18. ܢܪܚܡܝܘܗܝ *amabit eum* Marc. 12, 33. Ioh. 14, 23. ܢܫܟܚܝܗ *inveniet eam* Matth. 10, 39. ܐܘܪܬܢ *haereditēs nos* Ex. 34, 9. ܢܓܡܘܪܟܘܢ *perficiet vos* Hebr. 13, 21. ܢܚܛܘܦ ܐܢܘܢ *rapiet eos* Ioh. 10, 28. Et in defectivis: ܐܕܥܟ *agnoscam te* Ex. 33, 13. 17. ܐܣܝܡܟ *ponam te* vers. 22. ܐܕܘܢܟ *iudicabo te* Luc. 19, 22. ܐܕܘܢܝܘܗܝ *iudicabo eum* Ioh. 3, 17. ܢܪܓܝܗ *concupiscet eam* Matth. 5, 28. ܐܣܝܡܝܗ *ponam eam* Ioh. 10, 18. ܐܣܒܝܗ *sumam eam* vers. 17. ܬܛܪ ܐܢܘܢ *serves eos* Ioh. 17, 15.

Sic in pael: ܢܒܛܠܝܗ *cessare faciet eam* Hebr. 9, 26. ܬܚܝܒܝܗ *condemnabit* fem. *eam* Matth. 12, 42. Et in aphel: ܢܚܒܝܘܗܝ *amabit eum* Luc. 7, 42. ܢܚܠܝܗ *profanabit eam* Ex. 31, 14. ܢܘܒܕܝܗ *perdet eam* Matth. 10, 39. ܬܣܩܢ *adscendere facias nos* Ex. 33, 15. ܐܘܒܕܟܘܢ *perdam vos* masc. vers. 3. et ܐܘܒܕܟܝܢ *perdam vos* fem. Zeph. 2, 5.

Nota. Pro ܝܘܗܝ scribitur et; ܝܘܗܝ; ut ܢܐܣܪܝܘܗܝ *vinciet eum* Matth. 12, 29. ܢܒܛܠܝܘܗܝ

interficiet eum cap. 21, 38, ܢܫܠܡܝܘܗܝ *tradet eum* cap. 26, 16. quin et , ܗ , ut ܢܫܟܚܝܗ *inveniet eum* cap. 18, 13. Item pro ܢ aliquando est ܢ ; ut ܬܥܠܢ *ingredi facias nos* cap. 6, 13. at ܬܥܠܢ idem Luc. 11, 4. ܬܗܪܢܢܝ *molestes me* Luc. 11, 7.

At in verbis 3. rad. olaph, a ܢܒܢܐ *aedificabit* fit

ܢܒܢܝܢܝ *me* com.

ܢܒܢܝܟܝ *te* fem. ܢܒܢܝܟ *te* masc.

ܢܒܢܝܗ *eam.* ܢܒܢܝܘܗܝ *eum.*

ܢܒܢܝܢ *nos* com.

ܢܒܢܝܟܝܢ *vos* fem. ܢܒܢܝܟܘܢ *vos* masc.

ܢܒܢܐ ܐܢܝܢ *eas.* ܢܒܢܐ ܐܢܘܢ *eos.*

Exempla . ܢܩܪܝܢܝ *invocabit me* Psal. 89, 26. ܐܫܪܝܟ *dimittam te* Ioh. 19, 10. ܢܪܥܝܘܗܝ *pascet eum* Matth. 2, 6. ܐܒܢܝܗ *aedificabo eam* cap. 16, 18. (at ܢܫܪܝܗ pro ܢܫܪܗ *dimittet eam* cap. 19, 7.) Sic in pael : ܐܐܣܝܘܗܝ *sanabo eum* cap. 8, 7. ܐܕܡܝܗ *assimilabo eam* cap. 11, 16. ܢܕܟܝܢ *purificabit nos* Tit. 2, 14. Quomodo et quadrilittera in praeterito per ܝ terminata : ut a ܦܪܣܝ fit ܢܦܪܣܝܗ *publica-*

bit eam cap. 1, 19. Item in aphel: ܢܪܡܝܢܢܝ *proiiciet me* Ioh. 5, 7.

2. Sing. fem. 2. personae, quorum exempla nulla habemus.

3. Plur. masc. 2. et 3. personae. ܬܩܛܠܘܢ *interficietis* et ܢܩܛܠܘܢ *interficient*.

ܢܩܛܠܘܢܢܝ *interficiet me* com.

ܢܩܛܠܘܢܟܝ *te* fem. ܢܩܛܠܘܢܟ *te* masc.

ܢܩܛܠܘܢܗ *eam*. ܢܩܛܠܘܢܗܝ *eum*.

ܢܩܛܠܘܢܢ *nos* com.

ܢܩܛܠܘܢܟܝܢ *vos* fem. ܢܩܛܠܘܢܟܘܢ *vos* masc.

ܢܩܛܠܘܢ ܐܢܝܢ *eas*. ܢܩܛܠܘܢ ܐܢܘܢ *eos*.

Exempla. ܬܐܚܕܘܢܢܝ *capietis me* Matth. 26, 55. ܬܒܥܘܢܢܝ *quaeretis me* Ioh. 7, 36. ܬܫܟܚܘܢܢܝ *invenietis me*, ibid. ܢܚܕܪܘܢܟܝ *cinget te*, ܢܐܠܨܘܢܟܝ *adfligent te*, et ܢܣܚܘܢܟܝ *destruent te*, Luc. 19, 43. ܢܓܠܘܢܗܝ *manifestabunt eum* Matth. 12, 15. ܬܫܐܠܘܢܗܝ *rogabitis eum* cap. 6, 8. ܬܥܒܕܘܢܗ *facietis illam* Matth. 6, 1. ܬܪܕܦܘܢ ܐܢܘܢ *persequemini eos* Matth. 23, 34. ܢܒܘܙܘܢ ܐܢܝܢ *praedabuntur eas*, et ܢܐܪܬܘܢ ܐܢܝܢ *haereditabunt eas* Zeph. 2, 9. Sic in

pael, ܢܒܙܥܘܢܟܘܢ *lacerabunt vos* Matth. 7, 6. ܢܚܝܒܘܢܗ̇ *condemnabunt eam* cap. 12, 41. et in aphel, ܢܘܒܕܘܢܝܗܝ *perdent eum* vers. 14. ܢܫܠܡܘܢܟܘܢ *tradent vos* cap. 24, 9.

4. Plur. fem. 2. et 3. pers. ut ܢܫܪܪܢܗ̇ *stabilient eam*, et ܢܣܝܡܢܗ̇ *collocabunt eam*, Zach. 6, 11.

XIII. Suffixa participiorum rariora sunt: et vero a suffixis nominum vix differunt. Vide ܣܢܝ̈ܢܝ *odio prosequentes me* Ex. 20, 5. Ps. 9, 14. ܝܕ̈ܥܘܗܝ *noscentes eum* Act. 24, 23.

XIV. Quod ad suffixa nominum, sunt ea vel masculinorum, vel femininorum: et tum haec tum illa vel analoga et regularia, vel specialia et anomala. Dicuntur autem singularia, quae nomini singulari; pluralia vero, quae plurali nomini subiiciuntur. De quibus nota sequentes regulas.

1. Ante suffixa nomen ipsum concipe in statu emphatico, et loco terminationis emphaticae ܐ pone suffixa.

2. Si contingat, nomen ipsum singulare ante suffixa nullam omnino habere vocalem, primae nominis litterae subiiciatur rvozo; ut a ܒܪ *filius*, fit emphaticum ܒܪܐ, hinc vero cum suffi-

xis singularibus 1. personae singularis nec non 2. et 3. personae plur. fit ܒܪܝ pro ܒܪܝ *filius meus* Marc. 2, 5. ܒܪܟܘܢ et ܒܪܟܝܢ *filius vester* masc. et fem. Ioh. 9, 19. ܒܪܗܘܢ *filius illorum*, ܒܪܗܝܢ *filius illarum*. Sic ܫܡܝ *nomen meum* Gen. 48, 16. ܕܡܝ *sanguis meus* Ioh. 6, 54. 55. ܫܡܗܘܢ *nomen illorum* Gen. 5, 2. ܕܡܗܘܢ *sanguis illorum* Hebr. 13, 11.

3. Si contingat, ante suffixa concurrere tres, in femininis vero ut plurimum post zkopho et rvozo, duas consonas destitutas vocali; his efferendis adsume vocalem pthocho: ut a masc. ܡܘܒܠܐ *onus*, ܡܘܒܠܝ *onus meum* Matth. 11, 30. a ܡܫܟܒܐ *cubile*, ܡܫܟܒܝ *cubile meum* Iob. 7, 13. Dan. 4, 10. 13. a ܡܩܕܫܐ *sanctuarium*, ܡܩܕܫܗܘܢ *sanctuarium illorum* 2. Par. 36, 17. ab ܗܝܟܠܐ *palatium*, ܗܝܟܠܝ *palatium meum* Dan. 4, 4. Sic a fem. ܪܚܡܬܐ *amor*, ܪܚܡܬܝ *amor meus* Luc. 15, 9. a ܣܘܣܬܐ *equitium*; ܣܘܣܬܝ *equitium meum* ܫܥܬܝ *hora mea* ܫܥܬܟܘܢ *hora vestra* Luc. 22, 53. Sic ܡܠܬܐ *verbum* (quia lomad implicite geminat ad instar hebr. מִלָּה) facit ܡܠܬܝ *verbum*

meum Matth. 13, 23. ܐܢܬܬܝ *uxor mea* Iud. 15. 1. et ܥܡܠܟܘܢ *laborem vestrum* Esa. 55, 2. Et ܚܕܘܬܐ *gaudium* (quia est pro ܚܕܘܬܐ) ante suffixa ܝ, ܟܘܢ, ܟܝܢ, ܗܘܢ, ܗܝܢ, facit itidem ܚܕܘܬܝ *gaudium meum*, et ܚܕܘܬܟܘܢ *gaudium vestrum*, Ioh. 15, 11. ܚܕܘܬܗܘܢ *gaudium illorum* Luc. 24, 41. Reperio tamen Ps. 16, 2. ܛܒܬܝ *bonum meum* sine pthocho.

4. Nomina singularia masculina, quae statum emphaticum per ܝܐ, terminant, suffixum 1. pers. sing. formant ܝ (excepto, ܟܘܪܣܝܐ, quod habet ܝ), 2. et 3. plur. ܝܟܘܢ, ܝܟܝܢ, ܝܗܘܢ, ܝܗܝܢ: ut ܛܠܐ, emph. ܛܠܝܐ, ܛܠܝܝ *puer meus* Matth. 8, 6. 8. ܟܘܪܣܐ, emph. ܟܘܪܣܝܐ *solium*, ܟܘܪܣܝܝ *solium meum* Act. 7, 49. ܡܫܬܝܐ *potus*, ܡܫܬܝܟܘܢ *potus vester*, et ܡܫܬܝܗܘܢ *potus illorum*, Dan. 1, 10. 16. ܥܪܘܩܝܐ *fuga*, ܥܪܘܩܝܟܘܢ *fuga vestra* Matth. 24, 20. Marc. 13, 18.

5. Nomina numeralia cardinalia a 3. usque ad 10. licet sint singularis numeri, tamen suffixa adsciscunt pluralia: ut ܬܠܬܝܗܘܢ *tres illi* 1. Ioh. 5, 7. 8. ܐܪܒܥܬܝܗܘܢ *quatuor illi* Dan. 1, 7.

Apoc. 4, 8. ܐܪܒܥܬܝܗܝܢ *quatuor illae* Apoc. 6, 6. ܫܒܥܬܝܗܘܢ *septem isti* Matth. 22, 26.

XV. Suffixa analoga nominum masculinorum.

1. ܡܠܟ, emph. ܡܠܟܐ *rex*.

ܡܠܟܝ *meus* com.

ܡܠܟܟܝ *tuus* fem. ܡܠܟܟ *tuus* masc.

ܡܠܟܗ *illius*. fem. ܡܠܟܗ *illius*. masc.

ܡܠܟܝ *reges mei* com.

ܡܠܟܝܟܝ *tui* fem. ܡܠܟܝܟ *tui* masc.

ܡܠܟܝܗ *illius*. fem. ܡܠܟܘܗܝ *illius*. masc.

ܡܠܟܢ *noster* com.

ܡܠܟܟܝܢ *vester* fem. ܡܠܟܟܘܢ *vester* masc.

ܡܠܟܗܝܢ *illarum*. ܡܠܟܗܘܢ *illorum*.

ܡܠܟܝܢ *nostri* com.

ܡܠܟܝܟܝܢ *vestri* fem. ܡܠܟܝܟܘܢ *vestri* masc.

ܡܠܟܝܗܝܢ *illarum*. ܡܠܟܝܗܘܢ *illorum*.

2. ܒܪ, emph. ܒܪܐ *filius*.

ܒܪܝ *meus* com.

ܒܪܟܝ *tuus* fem. ܒܪܟ *tuus* masc.

ܒܪܗ *illius*. fem. ܒܪܗ *illius*. masc.

ܒܪܢ *noster* com.

ܒܪܟܝܢ *vester* fem. ܒܪܟܘܢ *vester* masc.

ܒܪܗܝܢ *illarum.* ܒܪܗܘܢ *illorum.*

3. ܡܫܟܒ, emph. ܡܫܟܒܐ *cubile.*

ܡܫܟܒܝ *meum* com.

ܡܫܟܒܟܝ *tuum* fem. ܡܫܟܒܟ *tuum* masc.

ܡܫܟܒܗ *illius* fem. ܡܫܟܒܗ *illius* masc.

ܡܫܟܒܢ *nostrum* com.

ܡܫܟܒܟܝܢ *vestrum* fem. ܡܫܟܒܟܘܢ *vestrum* masc.

ܡܫܟܒܗܝܢ *illarum.* ܡܫܟܒܗܘܢ *illorum.*

Pluralia suffixa sub n.° 2. et 3. cum illis sub n.° 1. coincidunt: dummodo observaveris, ܒܪ in plur. habere ܒܢܝ, emph. ܒܢܝܐ, coll. cap. II. §. 13.

4. ܡܫܬܝܐ *potus:*

ܡܫܬܝܝ *mei* cet.

ܡܫܬܝ *meus* com.

ܡܫܬܝܟܝ *tuus* fem. ܡܫܬܝܟ *tuus* masc.

ܡܫܬܝܗ *illius* fem. ܡܫܬܝܗ *illius* masc.

ܡܫܬܝܢ *noster* com.

ܡܫܬܝܟܝܢ *vester* fem. ܡܫܬܝܟܘܢ *vester* masc.

ܡܫܬܝܗܝܢ *illarum.* ܡܫܬܝܗܘܢ *illorum.*

XVI. Suffixa analoga nominum femininorum.

1. ܒܬܘܠܐ, emph. ܒܬܘܠܬܐ *virgo*.

ܒܬܘܠܬܝ *mea* com.

ܒܬܘܠܬܟܝ *tua* fem. ܒܬܘܠܬܟ *tua* masc.

ܒܬܘܠܬܗ *illius*. ܒܬܘܠܬܗ *illius*.

ܒܬܘ̈ܠܬܝ *meae* com.

ܒܬܘ̈ܠܬܟܝ *tuae* fem. ܒܬܘ̈ܠܬܟ *tuae* masc.

ܒܬܘ̈ܠܬܗ *illius*. ܒܬܘ̈ܠܬܗ *illius*.

ܒܬܘܠܬܢ *nostra* com.

ܒܬܘܠܬܟܝܢ *vestra* ܒܬܘܠܬܟܘܢ *vestra*

ܒܬܘܠܬܗܝܢ *illarum*. ܒܬܘܠܬܗܘܢ *illorum*.

ܒܬܘ̈ܠܬܢ *nostrae* com.

ܒܬܘ̈ܠܬܟܝܢ *vestrae* ܒܬܘ̈ܠܬܟܘܢ *vestrae*.

ܒܬܘ̈ܠܬܗܝܢ *illarum*. ܒܬܘ̈ܠܬܗܘܢ *illorum*.

2. ܒܪܬܐ *filia*, ante suffixum ܝ pthocho suum a prima ad sequentem litteram transfert, ut ܒܪܬܝ *filia mea* Marc. 5, 23. ast in reliquis servat, ut ܒܪܬܟ *filia tua* cap. 5, 35. ܒܪܬܟܘܢ *filia vestra* Gen. 34, 8. De suffixis post ܚܕܘܬܐ *gaudium* vide lib. I. cap. II. 9.

XVII. Suffixa specialia nominum masculinorum. Tria haec nomina, ܐܒܐ *pater*, ܐܚܐ *frater*,

ܚܡܐ *socer*, ante suffixa singularia (excepto suffixo 1. pers. singularis ante quod e contrario olaph loco pthocho adsumit zekopho) adsciscit ܘ : ut ܐܒܐ *pater*.

ܐܒܝ *meus* com.

ܐܒܘܟ *tuus* masc. — ܐܒܘܟܝ *tuus* fem.

ܐܒܘܗܝ *illius*. — ܐܒܘܗ *illius*. fem.

ܐܒܘܢ *noster* com.

ܐܒܘܟܘܢ *vester* masc. — ܐܒܘܟܝܢ *vester* fem.

ܐܒܘܗܘܢ *illorum* — ܐܒܘܗܝܢ *illarum*.

Sìc ܐܚܝ *frater meus* Luc. 6, 42. ܐܚܘܟ *frater tuus* Matth. 5, 23. ܚܡܘܟܝ *socer tuus* fem. Gen. 38, 13. ܐܚܘܗܝ *frater illius* masc. Matth. 4, 18. ܚܡܘܗܝ *socer illius* masc. Ioh. 18, 13. ܚܡܘܗ idem fem. Gen. 38, 25. cet.

XVIII. Suffixa particularum sunt vel singularia; ut

1. post ܒ *in*, et ܠ notam dativi:

ܒܝ *in me* com.

ܒܟ *in te* masc. — ܒܟܝ *in te* fem.

ܒܗ *in illo*. — ܒܗ *in illa*.

ܒܢ *in nobis* com.

ܒܟܝܢ *in vobis* fem. ܒܟܘܢ *in vobis*

ܒܗܝܢ *in illis.* ܒܗܘܢ *in illis.*

2. ܠܘܬ *ad*, et ܡܢ *a*, *ex*,

ܠܘܬܝ *ad me* com.

ܠܘܬܟܝ *te* fem. ܠܘܬܟ *te* masc.

ܠܘܬܗ *eam.* ܠܘܬܗ *eum.*

ܠܘܬܢ *ad nos* com.

ܠܘܬܟܝܢ *vos* fem. ܠܘܬܟܘܢ *vos* masc.

ܠܘܬܗܝܢ *illas.* ܠܘܬܗܘܢ *illos.*

3. ܒܬܪ *post*,

ܒܬܪܝ *post me* com.

ܒܬܪܟܝ *te* fem. ܒܬܪܟ *te* masc.

ܒܬܪܗ *illam.* ܒܬܪܗ *illum.*

ܒܬܪܢ *nos* com.

ܒܬܪܟܝܢ *vos* fem. ܒܬܪܟܘܢ *vos* masc.

ܒܬܪܗܝܢ *illas.* ܒܬܪܗܘܢ *illos.*

Sic ܒܬܪ *post*,

ܒܬܪܝ *post me* com.

ܒܬܪܟܝ *te* fem. ܒܬܪܟ *te* masc.

ܒܬܪܗ *tllam*, ܒܬܪܗ *illum*

ܒܶܝܢܳܬܰܢ *nos* com.

ܒܶܝܢܳܬܟ݁ܶܝܢ *vos* fem. ܒܶܝܢܳܬܟ݂ܽܘܢ *vos* masc.

ܒܶܝܢܳܬܗܶܝܢ *illas.* ܒܶܝܢܳܬܗܽܘܢ *illos.*

4. ܠܽܘܩܒܰܠ *contra*, quod, ubi pthocho ob incrementum syllabicum finale abiicitur, wau cum ipsius vocali transponit, non vero, ubi pthocho manet.

ܠܘܽܩܒܠܝ *contra me* com.

ܠܘܽܩܒܠܶܟ݁ܝ *te* fem. ܠܘܽܩܒܠܳܟ *te* masc.

ܠܘܽܩܒܠܳܗ̇ *eam.* ܠܘܽܩܒܠܶܗ *eum.*

ܠܘܽܩܒܠܰܢ *nos* com.

ܠܽܘܩܒܰܠܟ݁ܶܝܢ *vos* fem. ܠܽܘܩܒܰܠܟ݂ܽܘܢ *vos* masc.

ܠܽܘܩܒܰܠܗܶܝܢ *illas.* ܠܽܘܩܒܰܠܗܽܘܢ *illos.*

XIX. Vel sunt pluralia masculinorum; ut ܐܺܝܬ seu ܐܺܝܬܰܝ, quod vicem supplet verbi substantivi esse, ܒܰܠܚܽܘܕ *seorsim*, *solus*, ܒܶܠܥܰܕ *sine*, ܚܕܳܪ seu ܚܕܳܪܰܝ *circa*, ܚܠܳܦ *pro*, ܥܰܠ *super*, ܠܘܳܬ vel ܠܘܳܬ *versus*, ܩܕܳܡ *ante*, ܬܚܬ pro ܬܚܶܝܬ *sub*. Ut

ܥܠܰܝ *super me* com.

ܥܠܰܝܟ݁ܝ *te* fem. ܥܠܰܝܟ *te* masc.

ܥܠܶܝܗ̇ *illam.* ܥܠܰܘܗܝ *illum.*

ܥܠܝܢ *nos* com.

ܥܠܝܟܝܢ *vos* fem. ܥܠܝܟܘܢ *vos* masc.

ܥܠܝܗܝܢ *illas.* ܥܠܝܗܘܢ *illos.*

ܩܕܡܝ *ante me* com.

ܩܕܡܝܟܝ *te* fem. ܩܕܡܝܟ *te* masc.

ܩܕܡܝܗ *eam.* ܩܕܡܘܗܝ *eum.*

ܩܕܡܝܢ *nos* com.

ܩܕܡܝܟܝܢ *vos* fem. ܩܕܡܝܟܘܢ *vos* masc.

ܩܕܡܝܗܝܢ *illas.* ܩܕܡܝܗܘܢ *illos.*

XX. Vel sunt pluralia femininorum, nempe ܡܛܠ *propter* :

ܡܛܠܬܝ *propter me* com.

ܡܛܠܬܟܝ *te* fem. ܡܛܠܬܟ *te* masc.

ܡܛܠܬܗ *illam.* ܡܛܠܬܗ *illum.*

ܡܛܠܬܢ *nos* com.

ܡܛܠܬܟܝܢ *vos* fem. ܡܛܠܬܟܘܢ *vos* masc.

ܡܛܠܬܗܝܢ *illas.* ܡܛܠܬܗܘܢ *illos.*

At ܒܝܢܝ et ܒܝܢܬ *inter*, utriusque generis suffixa pluralia regit; masculina, ut ܒܝܢܝ *inter me* Gal. 2, 2. ܒܝܢܝܟ *inter te* Matth. 18, 15. ܒܝܢܝܢ *inter nos* Luc. 16, 26. et feminina, ut ܒܝܢܬܟܘܢ

inter vos Ioh. 1, 26. ܒܝܢܬܗܘܢ *inter illos* cap. 8,59.

XFI. Praeterea pronomina personalia ܐܢܐ *ego*, ܐܢܬܝ fem. ܐܢܬ *tu*, ܗܘ *ille*, ܗܝ *illa*, ܚܢܢ *nos*, ܐܢܬܝܢ fem. ܐܢܬܘܢ *vos*, participiis, aut nominibus adiectivis, aut sibi ipsis aliisve pronominibu subiecta, quum vim habent verbi substantivi, *sum*, *es*, *est*, cet. cum praecedente voce velut in unam coalescunt, idque vel

1. In lectione solum, ut 1.° ܡܒܝܐ ܐܢܐ *adhortans sum*, i. e. *adhortor* ܩܕܝܫ ܐܢܐ *sanctus sum*, ܐܢܐ ܐܢܐ *ego sum*. 2.° Circa ܐܢܬ et ܐܢܬܝ *tu*, exempla deficiunt. ܚܝܒ ܗܘ *debitor est*, fem. *debet* Ioh. 19, 7. 3.° ܕܪܒܬܗ ܗܘ *quod maior sit* Hebr. 11, 26. ܒܚܘܪܒܐ ܗܘ *in deserto est* Matth. 24, 26. ܪܥܝܐ ܗܘ pro ܪܥܝܐ ܗܘ (lib. I. cap. III. §. 7, 1.) *pastor est* Ioh. 10, 2. ܓܢܒܐ ܗܘ *fur est* v. 1. ܕܟܐ ܗܘ *purus est* Ioh. 13, 10. 4.° ܟܪܝܐ ܗܝ *contristata est* ܩܘܝܐ ܗܝ *permanens est* Ioh. 9, 41. ܗܝ ܗܝ *illa est* Gen. 23, 19. ܕܗܝ ܗܝ *quae ipsa est* Col. 3, 5. ܝܠܝܕܝܢ ܚܢܢ *nati sumus*, secundum Polygl. Act. 2, 8. quomodo id legendum foret ܝܠܝܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ *vultis* ܠܐܝܢ ܐܢܬܘܢ *fatigatis* vers. 10. ܢܛܪܝܢ ܐܢܬܘܢ *servamini* ܡܬܠܒܟܝܢ ܐܢܬܘܢ

angustamini vers.6. ܡܚܒܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ *amatis* v.8.quae lege ܪܚܡܬܘܢ, ܡܠܝܬܘܢ, ܢܗܝܪܬܘܢ, ܡܬܐܠܨܬܘܢ. ܒܥܝܢ ܐܝܬܝܢ. ܡܬܒܥܝܬܘܢ *quaerentes estis* scil. *quaeritis* fem. quod lege ܒܥܝܬܝܢ. Ceterum ܗܢܘܢ *illi*, et ܗܢܝܢ *illae*, loco eius mutant he initiale in olaph, ܐܢܘܢ et ܐܢܝܢ, coll. supra §. 7.

2. In scriptione non minus quam in lectione, ut ܒܥܝܢܐ pro ܒܥܐ ܐܢܐ *adhortor* Rom. 12, 1. ܡܬܒܥܝܢܐ *rogo* Eph. 3, 13. ܪܒܥܬ pro ܪܒܥ ܐܢܬ *cubas* masc. Cant. 1, 8. ܪܥܝܬ *pascis* ibid. ܡܫܬܒܗܪܬܝ *gloriaris* fem. et ܬܬܟܠܝ *confidis*, pro ܡܫܬܒܗܪܐ ܐܢܬܝ et ܬܬܟܠܐ ܐܢܬܝ Ier. 49, 4. ܫܪܝܬܝ *soluta es*, pro ܫܪܝܐ ܐܢܬܝ. ܡܝܩܪܘ *honoratum est* ܡܒܪܟܘ *benedictus est* pro ܡܝܩܪ ܗܘ, et ܡܒܪܟ ܗܘ. ܚܝܒܘ, pro ܚܝܒ ܗܘ *debitor est* ܡܢܘ vel ܐܝܢܘ *quis est?* pro ܡܢ ܗܘ vel ܐܝܢܐ ܗܘ, ܡܢܘ pro ܡܢܐ ܗܘ; *quid est?* ܗܢܘ pro ܗܢܐ ܗܘ *hic est* Matth. 3, 3. ܓܠܝܐܗܝ pro ܓܠܝܐ ܗܝ *manifestum est* Gal. 3, 11. ܪܓܡܝܢܢ pro ܪܓܡܝܢ ܚܢܢ *lapidamus* ܚܙܝܢܢ pro ܚܙܝܢ ܚܢܢ *videmus* ܕܡܟܝܢܢ *soporati eramus* ܒܩܝܢܢ *probamur*, et ܡܡܠܠܝܢܢ *loquimur* ܚܝܒܝܢܢ *debitores su-*

mus ܐܟܠܝܢܬܘܢ pro ܐܟܠܝܢ ܐܢܬܘܢ *comeditis* ܨܒܝܢܬܘܢ *vultis* ܡܫܡܫܝܢܬܘܢ *ministratis* ܡܙܕܕܩܝܢܬܘܢ *iustificamini*.

3. At pronomina ista, qua prōnomina, manent integra: ut Luc. 16,5.7. ܟܡܐ ܚܝܒ ܐܢܬ *quantum debes*? Ioh. 11,26. ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܬ *credisne tu*?

GRAMMATICAE SYRIACAE

LIBER III.

De syntaxi et idiomatibus linguae Syrorum.

CAPUT I.

De idiomatibus verborum syntacticis.

I. De syntaxi et idiomatibus Syrorum in verbis, hoc ordine agemus, ut quae circa significationem et vocem, circa compositionem, numerum, personam, genus, modum, tempus, peculiaria habent, una cum singularibus loquendi formulis, exponamus.

II. Verba significationem subinde vel aliam prorsus, vel determinationem sortiuntur, prout 1. vel forma differunt; ut ܦܠܓ *divisit*, transitive, at ܦܠܓ *divisus*, *dimidiatus fuit*, intransitive et quasi passive, Ioh. 7, 14. ܚܙܪ *intuitus est*, at ܚܘܪ *albuit*; ܥܝܪ *excitavit*, at ܥܘܪ *excoecavit*, ܐܬܥܘܪ *excoecatus est*: 2. vel coniugatione, ut ܫܐܠ *rogavit*, in peal, at ܫܐܠ in pael *interrogavit*, ܐܫܐܠ in aphel *commodavit*; ܩܪܒ *adpropinquavit*, at ܩܪܒ *adduxit*, *obtulit*, ܐܩܪܒ *praeliatus fuit*, ܚܒ *flagravit*, at ܚܒܒ

fovit, ܐܚܒ *amavit*; ܪܚܡ *amavit*, at ܪܚܡ vel ܐܬܪܚܡ *misertus est*; ܪܩܕ *saltavit*, at ܐܪܩܕ *planxit*: 3. vel originatione; ut ܣܐܒ *consenuit*, ex Hebr. שׂב *canum fieri*, at ܣܝܒ *polluit*; ܫܚܪ *angariavit*, at ܐܫܬܚܪ *relictus est*, illic cum ܫ radicali, hic vero cum prosthetico ab ܐܫܬ: ܕܘܕ *agitavit*, ex Hebr. זוז *moveri*, at ܕܕܐ *patruus*, ex Hebr. דוד idem: 4. vel syntaxi casuum, ut ܐܘܕܝ cum sequenti praefixo ܒ, *confiteri*, *profiteri* Marc. 1, 5. at cum ܠ, *gratias agere* Matth. 11,5. 5. vel denique ellipsi nominum, ut ܫܢܐ, quod ex Hebr. שׁנה *mutationem* proprie infert, *insaniit*, et *discessit*, illic, subaudito ܠܗܘܢܐ *mentem*, heic vero ܠܕܘܟܬܐ *locum* mutavit.

III. Verba neutra loco passivorum saepe Syris veniunt: ut 1. Videte, ܠܡܐ ܬܛܥܘܢ *ne erretis*, pro μὴ πλανηθῆτε *ne in errorem inducamini* Luc. 21, 8. sic 1. Tim. 2, 14. 2. ܕܢܐܩܕܘܢ *ut ardeant*, pro, *ut comburantur*, Matth. 13, 30. ܘܡܬܘܩܕܝܢ ܒܢܘܪܐ *et ardent igne*, pro, καὶ πυρὶ κατακαίεται *et igne cremantur* vers. 40. Sic Hebr. 13, 11. Apoc. 8, 7. 3. *Arbor, quae fructus bonus non fert, adscin-*

ditur, ܘܢܦܠ ܒܢܘܪܐ *et cadit* (pro βάλλεται *proiicitur*) *in ignem* Matth. 3, 10. ܡܕܡ ܕܢܦܠ ܗܘܐ ܒܗ *quod cadebat in illud*, pro *iniiciebatur ei* Ioh. 12, 6. 4. ܢܦܩܘܢ *exibunt*, pro, ἐκβληθήσονται *expellentur* seu *eiicientur* Matt. 8, 12. Sic cap. 9, 33. ܡܐ ܕܢܦܩܬ *cum exiero*, pro, ὅταν μετασταθῶ, *cum amotus fuero* a villicatione Luc. 16, 4. 5. ܘܣܠܩܘ ܡܢ ܥܩܪܝܗܘܢ *et acscenderunt* (pro *subtractae sunt*) e radicibus suis, Iudae vers. 12. 6. Venit ad Ioannem, ܕܢܥܡܕ ܡܢܗ *ut staret* (ex Hebr. עמד) *ab illo*, scil. in baptisterio seu aquis baptismi, pro, τοῦ βαπτισθῆναι, *ut baptizaretur*, seu (ut Syri vocant) *ut constitueretur* in baptisterio; Matth. 3, 13. unde ibid. passive in ethpeel ܕܡܢܟ ܐܬܥܡܕ *ut a te baptizer* vers. 3, Sic vers. 5.

IV. Contra, passivae vocis verba pro activis aliquando veniunt. Quo spectat, quum non solum Ioh. 5, 3. et 6. ܪܡܝܢ ܗܘܘ *proiecti erant*, idem valet ac *iacebant*, sed etiam quum coniugationes passivae et participium peil, velut deponentia sunt, et active significant: ut ܐܬܕܟܪ *recordatus est*, qs. *recordari factus est* Luc. 23, 4. ܐܣܬܡܟ *recubuit*, qs. *suffultus est* Matth. 15, 35. ܐܬܬܟܠ

agnovit, qs. *noscere factus est* Col. 1, 6. ܐܫܬܡܥܘ *obedivit*, qs. *dicto audiens factus est* Matth. 8, 27. ܐܬܪܓܪܓܘ *desideravit*, *desiderio incensus est* Matth. 13, 17. ܐܒ̈ܝܠܐ *lugentes*, *luctum patientes* Matth. 5, 4. ܐܚܝܕܝܢ *tenentes* Matth. 14, 3. Hebr. 1, 3. cap. 2, 14. ܘܡܬܐܠܝܢ *et lamentabantur* Luc. 23, 27. ܐܣܝܪ ܣܦܣܪܐ *accinctus est gladium* Rom. 13, 4. ܐܬܝܢ ܗܘܘ *advenientes* (qs. *advecti*) *fuerant* Ioh. 11, 19. ܕܡܕܒܪܝܢ *ducentes* Act. 21, 16. Iac. 3, 4. ܕܡܚܕܪܝܢ ܠܗ *qui cingentes* (qs. *circumdati*) *eum* Matth. 8, 18. ܛܥܝܢ ܗܘܐ *onustus erat*, pro *ferebat*, Ioh. 12, 6. ܕܟܢܝܫܝܢ ܗܘܐ ܡܝܐ *qui collegerat aquas* (collectionem illarum passus) seu *hydropicus* Luc. 14, 2. ܟܒܫ ܢܦܫܗ *continens seipsum* Tit. 1, 8. ܟܦܢܝܢ ܘܨܗܝܢ *esurientes ac sitientes*, qs. *famem ac sitim patientes*, Matt. 5, 6. ܣܘܐ *desiderans*, qs. *desiderio accensus* Rom. 15, 23. ܡܥܒܕ *operatus* vers. 18. ܘܪܟܝܒ ܥܠ ܥܝܠܐ *insidens* (qs. *insidere factus*) *pullo*, Ioh. 12, 15. ܘܫܩܝܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ οἱ δὲ βαστάζοντες αὐτόν, *qui suscipere facti erant illum* Luc. 7, 14. ܟܠ ܕܗܘܐ ܗܘܐ *omne quod*

possidens (qs. *possidere facta* seu *possessionata*) *erat* cap. 21, 4. ܬܟܝܠ *confidens* seu *confisus* Hebr. 2, 13. Conf. lib. II. cap. I. §. 4.

V. Verba passiva apud Syros non minus, quam Graecos, aliquando reciprocam actionem notant: ܐܬܙܘܓ *coniunctus fuit*, ܐܬܚܝܠ *confortatus est*; ܐܬܪܚܩ *elongatus est*; pro, *coniunxit se*, *confortavit se*, *elongavit se*; ܐܬܦܢܝ *conversus est*, pro, *convestit se* Matth. 9, 22. Strictius tamen actiones reciprocas per verbum transitivum, et nomen ܢܦܫܐ *animam* cum suffixis, (uti cap.III. in syntaxi pronominum §. VIII. docebimus) exprimunt.

VI. Coniugatio ettaphal quoniam rarioris usus est, igitur ethpeel passiva formant non solum ex peal, verum etiam ex aphel: ut ܐܬܚܙܝ ܠܗܘܢ, non *visun*, sed *videre factum* seu *ostensum est eis*, Matth. 2, 12. ܕܢܬܝܕܥ ܠܐܝܣܪܝܠ, non *ut cognosceretur*, sed *ut notificaretur Israeli*, ἵνα φανερωθῇ, Ioh. 1, 31. Sic cap. 3, 21. Vide supra lib. II. cap. I. §. 6, 2.

VII. Loco substantivi verbi, *sum*, *es*, *est*, cet. Pronomina personalia, *ego*, *tu*, *ille*, cet. usitatissime veniunt. Exemplorum cumulum dedimus lib. II. cap. III. §. 21. Addimus heic Tit. 1, 12. ܕܓܠܐ ܐܢܘܢ *mendaces sunt*.

VIII. Verbum *habere* Syri non habent, sed per ܐܝܬ *est*, cum sequente praefixo lomad, ceu dativi nota, circumscribunt: ut Matth. 3, 9. ܕܐܒܐ ܐܝܬ ܠܢ ܐܒܪܗܡ *pater est nobis Abraham*. πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ; cap. 5, 46. ܡܢܐ ܐܓܪܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ τίνα μισθὸν ἔχετε; 2. Tim. 1, 13. ܢܗܘܐ ܠܟ ܕܡܘܬܐ ܕܡܠܐ ܚܠܝܡܬܐ Ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων. Unde constructio ad sensum est 2. Ioan. vers. 9. ܘܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܐܝܬ ܠܗ *et Patrem et Filium est ei*, pro *habet*. Sic Matth. 26, 11. Ioh. 12. 8.

IX. Sed nec compositis verbis, qualibus Graeci Latinique, utuntur: supplent vero illorum defectum per simplicia, eaque 1. absolute posita, ܝܕܥܝܢ *scientes*, pro *praescientes*, ܟܬܒܬ *scripsi*, pro προέγραψα, et sic Rom. 9, 23. 2. Cor. 12, 21. *Videre* item, pro *visum recipere* Matth. 11. 5. Marc. 10, 51. 52. *dare*, pro *reddere* Luc. 3. 11. Act. 23, 33. *vivere*, pro *reviviscere* Luc. 15, 24. 32. *mensurare*, pro *remensurare* Matth. 7, 2. *sedere*, pro *considere* Marc. 14, 54. 2. vel cum adiectis quibusdam verbis particulisque auxiliaribus.

Nempe 1. composita cum praepositione *ante* vel *prae*, seu quae anticipationem notant, per ܩܕܡ *praevenit*, verbis in eadem persona, tempore, et numero coniunctis; ut Marc. 13, 23.

ܩܕܡܬ ܐܡܪܬ *praeveni dixi*, i. e. *praedixi*, Act. 2, 31. ܩܕܡ ܚܙܐ *praevenit vidit* i. e. *praevidit*; et, si plura cupis exempla, Act. 7, 52. Rom. 3, 9. inverso item ordine Ioh. 20, 4. ܪܗܛ ܩܕܡܗ *cucurrit, praevenit eum*, pro *praecucurrit*: vel per particulas, ut Matth. 2, 9. ܐܙܠ ܗܘܐ ܩܕܡܝܗܘܢ *ibat ante illos*, pro, *praecedebat*, Rom. 1, 2. ܡܢ ܩܕܝܡ ܡܠܟ *ab ante promisit*, προεπηγγείλατο; Col. 1, 5. ܡܢ ܩܕܝܡ ܫܡܥܬܘܢ *ab ante audivistis*, pro, προηκούσατε, 2. Cor. 13, 2. ܡܢ ܩܕܝܡ ܐܡܪܬ προείρηκα, *praedixi*.

2. Quae adversationem, per ܠܘܩܒܠ *adversus*, et ܠܩܒܠ *contra*: ut Matth. 5, 39. ܕܠܐ ܬܩܘܡܘܢ ܠܘܩܒܠ ܒܝܫܐ μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, et plura exempla Matth. 26, 62. Luc. 13, 17. cap, 11, 15. Sic Rom. 11, 18. ܠܐ ܬܫܬܒܗܪ ܥܠ ܣܘܟܐ μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων, Iac. 4, 11.

3. Quae societatem, per ܥܡ *cum*; ut Act. 25, 5. ܢܚܬܘܢ ܥܡܢ *descendant nobiscum*, pro συγκαταβάντες, 2. Tim. 1, 8. ܫܬܘܦ ܒܚܫܐ ܥܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ Hebr. 4, 15. *qui non possit* ܕܢܚܫ ܥܡ ܟܘܪܗܢܢ συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν.

4. Quae iterationem, per adiectum ܡܢ ܕܪܝܫ *a capite*, seu *denuo*; ut Hebr. 6, 6. ܡܢ ܕܪܝܫ ܙܩܦܝܢ ἀνασταυροῦντας, 1. Petr. 1, 3. ܐܘܠܕܢ ܡܢ ܕܪܝܫ ἀναγεννήσας ἡμᾶς, vers. 23. ܕܡܢ ܕܪܝܫ ܐܬܝܠܕܬܘܢ ἀναγεγεννημένοι.

Denique 6. quae cum nominibus sunt composita, per divisa a verbis nomina, ut Rom. 11, 20. ܠܐ ܬܬܪܝܡ ܒܪܥܝܢܟ μὴ ὑψηλοφρόνει; Marc. 3, 4. ܠܡܥܒܕ ܕܛܒ ܐܘ ܕܒܝܫ ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι; cap. 4, 20. ܝܗܒܝܢ ܦܐܪܐ καρποφοροῦντες; Matth. 19, 18. ܠܐ ܬܣܗܕ ܣܗܕܘܬܐ ܕܓܠܐ οὐ ψευδομαρτυρήσεις.

V. Verba passiva aliquando in singulari iunguntur nominibus pronominibusve pluralibus, velut impersonalia; ut Matth. 3, 16. ܘܐܬܦܬܚ ܠܗ ܫܡܝܐ *et apertum est ei caelos*, pro *et aperti sunt ei caeli*; Luc. 2, 13. ܐܬܚܙܝ ܚܝܠܘܬܐ ܣܓܝܐܐ *visum est* (Germ. *man sahe*) *exercitus multos*; pro *visi sunt*, vel *adparuerunt exercitus multi*; Hebr. 7, 13. ܐܬܐܡܪ ܗܠܝܢ (cum imposito simul in edit. Polyglotta ribbui, de quo lib. I. cap. III. §. 4.) *dictum est haec*, pro, *dicta sunt*. De aliis impersonalibus, quae videntur, agemus infra cap. II. de syntaxi nominum §. 18.

XI. Syri adloquentes in secunda persona, post interveniens vel participium vel pronomen

relativum, sermonem aliquando ex secunda in tertiam deflectuntur: ut Luc. 13, 34. *O Hierosolyma, Hierosolyma* ܩܛܠܬ ܢܒܝܐ ܘܪܓܡܬ ܠܐܝܠܝܢ ܕܫܠܝܚܝܢ ܠܘܬܗ *occidens prophetas et eos qui missi sunt ad se*, pro *ad te*; Gal. 4, 21. *Dicite mihi vos*, ܐܝܠܝܢ ܕܨܒܝܢ ܕܢܗܘܘܢ ܬܚܝܬ ܢܡܘܣܐ *qui volunt* (pro *vultis*) *esse sub lege*. Rom. 2, 1. ܐܘ ܒܪܢܫܐ ܕܕܐܢ ܠܚܒܪܗ *o homo, qui iudicat proximum suum*.

XII. Enallage tam generis, quam numeri, esse creditur, Ier. 3, 13. ܕܥܝ ܚܛܗܝܟܝ *agnosce* (fem. pro ܕܥ) *peccata tua*; Marc. 13, 28. ܣܘܟܝܗ ܪܟ *rami eius emolliti sunt*, pro ܪܟܝ: forte tamen ܝ femininum, quia sine praevia vocali non legitur, librariorum sive errore sive licentia omissum.

XIII. Subiunctivum Syri, in exhortationibus, vel simpliciter per futurum imperativi formant, v. g. Ioh. 11, 16. et cap. 14, 31. 42. ܢܐܙܠ *ibimus*, pro ἄγωμεν *eamus*, 1. Cor. 15, 32. ܢܐܟܘܠ ܘܢܫܬܐ *edemus et bibemus*, pro φάγωμεν καὶ πίωμεν *edamus, et bibamus*, it. Ioh. 19, 24. vel per imperativum efferunt, v. g. cap. 11, 15. ܗܠܟܘ *ite, agite*, pro ἄγωμεν *eamus* Marc. 1, 38. vel denique per futurum cum praemisso ܬܐ *veni*, vel ܬܘ *ve-*

nite; ut Ioh. 11, 7. ܬܘ ܢܐܙܠ *venite, ibimus*, pro *eamus*. Conf. Gen. 19, 32. cap. 31, 44. Vide porro sub finem §. 16. dicenda.

XIV. Loco imperativi saepenumero venit participium vel adiectivum, cum secunda persona praeteriti verbi substantivi ܗܘܐ *fuit*, idque in praeceptis tum adfirmantibus tum negantibus; ut Matt. 5, 25. ܗܘܝܬ ܡܬܪܥܐ *fuisti* (q. d. *fueris*) *reconciliatus*, pro διαλλάγηθι *reconciliare*, seu *reconciliator*; Marc. 5, 34. ܗܘܝܬܝ ܚܠܝܡܐ *esto sana*; Matth. 6, 7. ܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܡܦܩܩܝܢ *ne fueritis garrientes*, pro, *nolite garrire* Marc. 13, 37. ܗܘܝܬܘܢ ܥܝܪܝܢ *fuistis* (*fueritis*) *vigiles*; pro, *vigilate*.

XV. Idem fit aliquando loco subiunctivi, in adhortationibus in prima vel tertia persona concipiendis, ut 1. Cor. 4, 1. ܗܟܢܐ ܗܘܝܢ ܚܫܝܒܝܢ ܠܟܘܢ *sic sumus* (*simus* seu *fuerimus*) *aestimati vobis*, Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος; Gal. 6, 9. ܠܐ ܬܗܘܐ ܡܐܢܐ ܠܢ *ne fuerit pertaesa nobis*, sc. *anima*, i. e μὴ ἐκκακῶμεν, *ne defetiscamus*. 1. Tim. 2, 11. *mulier in silentio* ܬܗܘܐ ܝܠܦܐ *fuit* (pro *sit*, *esto*) *discens*, μανθανέτω; vers. 8: *volo igitur*, ܕܢܗܘܘܢ ܡܨܠܝܢ *ut fuerint precantes*, pro, *ut precentur*. 1. Thess. 5, 12. 13. *adhortamur vos*,

ܕܗܘܝܬܘܢ ܝܕܥܝܢ *ut fueritis agnoscentes*, pro, *ut agnoscatis*.

XVI. Quod ad tempora, praeteritum Syrorum respondet ordinarie Latinorum praeterito perfecto; ut ܩܛܠ *interfecit*. At praeteritum imperfectum Syri per participium cum adiecto praeterito verbi ܗܘܐ *fuit*; plusquamperfectum vero per suum praeteritum, eodem verbo substantivo superaddito, exprimunt. Quod ad prius, vide Marc. 1, 7: ܡܟܪܙ ܗܘܐ *praedicans fuit*, i. e. *praedicabat*; cap. 3, 2. ܢܛܪܝܢ ܗܘܘ *observantes fuerunt*, i. e. *observabant*; Luc. 9, 14. ܗܘܝܢ ܗܘܘ *entes* (ut sic dicam) *fuerunt*, i. e. *erant*; Act. 20, 21. ܡܣܗܕ ܗܘܝܬ *testificabar*. Quod ad posterius, conf. Matth. 14, 3. ܐܚܕ ܗܘܐ *cepit fuit*, pro *ceperat*; Marc. 3, 8. ܫܡܥܘ ܗܘܘ *audiverunt fuerant*, pro *audiverant*; Ioh. 10, 22. ܗܘܐ ܗܘܐ masc. et cap. 3, 25. ܗܘܬ ܗܘܬ fem. *fuit fuit*, pro *fuerat*. Vide porro Matth. 25, 20. cap. 26, 48. 75. cap. 27; 55. 57. Nota autem: illud suum imperfectum Syri etiam subiunctivo, describendis eventibus hypotheticis, adhibent: ut Ps. 123, (124) 3. ܚܝܐܝܬ ܒܠܥܝܢ ܗܘܘ ܠܢ *vivos deglutiebant*, i. e. *degluti-*

vissent nos; vers. 4. ܡܛܒܥܝܢ ܗܘܘ ܠܢ *submergebant*, pro, *submersissent nos*; Gen, 31, 42. *nisi Deus patris mei* —— *adstitisset mihi*, ܗܫܐ ܣܦܝܩܐܝܬ ܡܫܕܪ ܗܘܝܬ ܠܝ *nunc vacuum dimittebas*, i. e. *dimisisses me*.

XVII. Participia cum adiectis pronominibus personalibus, exprimere Graecorum Latinorumque praesens indicativi, (etiam subiunctivi, siquidem id nexus orationis postulet), exempla supra lib. II. cap. III. §. 21. adlata abunde docebunt. Quodsi tamen participialiter capiantur, ad notandum sive agentis sive patientis statum, praemittunt Syri vel separatum ܟܕ *dum*, vel praefixum ܕ *qui*: ut ܟܕ Ioh. 1, 36. *intuitus est Iesus*, ܟܕ ܡܗܠܟ *ambulantem*, seu *dum ambularet*; Act. 22, 5. *ut adducerem eos Hierosolymam* ܟܕ ܐܣܝܪܝܢ *vinctos*; vide porro Matth. 3,6. cap. 14, 25. Ioh. 6, 6. cap. 9, 2. 19. At ܕ Marc. 2, 14. *vidit Levin* — — ܕܝܬܒ *qui sedens* erat, i. e. *sedentem*; cap. 11, 2. *invenietis pullum* ܕܐܣܝܪ *qui vinctus* est, seu *vinctum*. Sic vers. 4. Matth. 3, 7. cap. 14, 26. cap. 15, 32. cap. 26, 64. Porro illud ܟܕ facit periphrasin ablativi consequentiae in participiis: ut Matth. 15, 20. ܟܕ ܠܐ ܡܫܝܓܢ ܐܝܕܝܗܘܢ

cum non lotae essent manus eius, i. e. *non lotis manibus*. Sic Marc. 7, 2. 5. Ioh. 11. 44.

XVIII. Ceterum elegantiam Graecorum, qua participium alii verbo connectunt, Syri ita exprimunt, ut utrumque verbum in eodem modo, tempore ac persona, sine interiecta copula ponant, per asyndeton: ut Matth. 2, 8. ܙܠܘ ܒܥܘ *ite, exquirite*, πορευθέντες ἐξετάσατε, et ibid. *ut et ego* ܐܙܠ ܐܣܓܘܕ ܠܗ *veniam, adorem illum*, ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ; vers. 9. ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܩܡ *donec venit, stetit*, ἕως ἐλθὼν ἔστη; vers. 11. ܘܢܦܠܘ ܤܓܕܘ ܠܗ *et prociderunt, adorarunt illum*, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ. Sic ibid. vers. 13. 14. 16. 21. 23.

XIX. Constructio verbi cum suo ipsius infinitivo, sine interveniente praefixo lomad, est emphatica: ut Luc. 1, 22. ܡܪܡܙܘ ܪܡܙ ܗܘܐ *innuendo*, i. e. identidem *innuebat*; Ioh. 9. 9. ܡܕܡܐ ܕܡܐ *similis exsistendo*, i. e. perquam *similis est*. Etiam in negativa oratione: ut Ioh. 20, 5. ܡܥܠ ܕܝܢ ܠܐ ܥܠ *ingrediendo vero*, i. e. omnino vero *non introiit*; Rom. 9, 6. ܠܐ ܗܘܐ ܡܦܠ ܢܦܠܬ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ *non cadendo*, i. e. nequaquam *cecidit verbum Dei*.

XX. In ordinaria vero constructione verbi unius cum infinitivo alterius, infinitivus requirit

praefixum lomad: ut Matth. 2, 13. ܥܬܝܕ ܗܘ ܗܪܘܕܣ ܠܡܒܥܝܘ ܠܛܠܝܐ Μέλλει Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον; Luc. 15, 15. *misit eum in agrum* ܠܡܪܥܐ ܚܙܝܪ̈ܐ *ad pascendum sues*.

XXI. Attamen in constructione verborum, loco infinitivi saepe ponitur.

1. Verbum finitum eodem genere, numero, et persona cum verborum altero wau copulativo interiecto, aut per asyndeton subaudito; ut Luc. 20, 11. 12. ܘܐܘܣܦ ܫܕܪ *et addidit, et misit*, καὶ προσέθετο πέμψαι.

2. Futurum cum praefixo ܕ *ut*, sive expresso sive subaudito. Ut, cum expresso quidem dolath, Matth. 2, 22. ܕܚܠ ܕܢܐܙܠ *timuit ut abiret*, pro *abire* cap. 16, 3. ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܬܒܩܘܢ *novistis ut probetis*, i. e *probare*, et ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܬܦܪܫܘܢ *non novistis ut discernatis*, pro *discernere*, vers. 24. ܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܐܬܐ ܒܬܪܝ *quisquis vult ut veniat post me*, pro *venire*. At sine dolath Matth. 14, 28. ܦܩܘܕ ܠܝ ܐܬܐ ܠܘܬܟ *praecipe mihi, veniam*, id est, *venire*, seu *ut veniam ad te*; Luc. 18, 13. *Nec volebat*, ܐܦ ܠܐ ܥܝܢ̈ܘܗܝ ܨܒܐ ܠܡܪܡܐ *vel oculos suos attolleret*, pro *attollere*; et in passiva voce Hebr. 12, 19. ܘܠܐ ܢܬܘܣܦ ܢܬܡܠܠ

ܥܡܗܘܢ *ut ne adiiceretur sermo fieret*, pro *sermo fieri cum illis*.

3. Participium, idque vel absolute, vel cum adiecta particula. Nempe absolute, tum in activa voce, ut Matth. 12, 1. ܫܪܝܘ ܡܠܩܛܝܢ ܫܒܠܐ ܘܐܟܠܝܢ *coeperunt vellicantes spicas, et comedentes*, pro *vellicare* et *comedere*; forte subaudito ܠܡܗܘܐ *esse*, vel ܕܢܗܘܘܢ *ut essent*; cap. 13, 30. ܫܒܘܩܘ ܪܒܝܢ *sinite crescentia*, pro *crescere*. Quo et pertinent Luc. 10, 40. ܐܡܪ ܠܗ ܡܥܕܪܢܐ ܠܝ *dic ei, ut sit iuvans me*; cap. 12, 13. ܐܡܪ ܠܐܚܝ ܦܠܘܓ ܥܡܝ ܝܪܬܘܬܐ εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου, μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν; tum vero in voce passiva, ut Luc. 11, 53. ܫܪܝܘ ܡܬܚܡܬܝܢ ܠܗܘܢ *coeperunt male adfecti*, pro, *indignari*; 1. Ioh. 2, 8. ܫܪܝ ܡܬܚܙܐ *coepit* lux esse *visa*, pro *videri*. At vero cum adiecta particula: ut cum praefixo dolath Hebr. 9, 23. ܐܢܢܩܐ ܗܘܐ ܕܗܠܝܢ ܡܬܕܟܝܢ *oportet ut haec mundata* fiant, pro *oportet haec mundari*; cum ܡܢ vero, sequente dolath, Act. 21, 32. ܒܛܠܘ ܡܢ ܕܡܚܝܢ ܗܘܘ ܠܦܘܠܘܣ *cessabant ab* eo *ut percuterent*, i. e. *percutere Paulum*.

XXII. Passiva verba aliquando iunguntur

dativis, notandae caussae efficienti seu agenti, ita ut dativi perinde valeant, ac ablativi cum praemissa praepositione ܡܢ *a* vel *ab*, ut Luc. 6, 4. ܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܠܟ *non videtur tibi*, i. e. *a te* cap. 8. 29. ܫܒܐ ܗܘܐ ܠܗ *captivabatur ei*, pro, *ab eo*; cap. 23, 41. *Nihil quod morte dignum sit*, ܥܒܝܕ ܠܗ *factum ei*, pro, *ab eo*. Vide dissert. nostram de Soloec. Cas. §. XIX.

XXIII. Syri in construendis verbis cum suis casibus aliquando a Latinorum syntaxi secedunt, dicentes v. g. *ingredi* vel *adscendere*, non *per ostium*, sed *ex ostio*, nec *per locum*, sed *ex loco*; *confiteri* item vel *abnegare*, non *aliquem* vel *aliquid*, sed *in aliquo*, cetera. Ut Ioh. 10, 1. 2. ܡܢ ܕܠܐ ܥܐܠ ܡܢ ܬܪܥܐ *quisquis non ingreditur ex ostio* in ovile, et ܣܠܩ ܡܢ ܕܘܟܐ ܐܚܪܢܐ *adscendit ex loco alio*; Matth. 10, 32. *Quisquis* ܕܢܘܕܐ ܒܝ *confessus fuerit in me*, et vers. 33. ܡܢ ܕܝܢ ܕܢܟܦܘܪ ܒܝ *quisquis vero abnegaverit in me*. Confer dissert. nostram de Soloecismo casuum §. 4.

XXIV. Idem verbum, quod in orationis protasi praecesserat, aliquando in apodosi subticetur: ut Matth. 1, 22. ܗܕܐ ܕܝܢ ܟܠܗ ܕܗܘܬ ܕܢܬܡܠܐ *hoc vero totum, quod factum est*, factum est, *ut impleretur* cet. Ioh. 20. 31. ܐܦ ܗܠܝܢ ܕܟܬܝܒܢ

ܕܐܬܟܬܒܝܢ *etiam haec, quae scripta sunt*, scripta sunt, *ut credatis*. Hebr. 7, 8. ܫܘܚܠܦܐ ܕܝܢ ܕܗܘܐ ܠܢܡܘܣܐ ܩܕܡܝܐ ܡܛܠ ܡܚܝܠܘܬܗ *mutatio vero, quae facta est legi priori*, facta est *propter eius imbecillitatem*; cap. 8, 3. ܟܠ ܓܝܪ ܟܘܡܪܐ ܡܬܩܝܡ ܕܩܐܡ ܕܢܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ *omnis enim pontifex qui constituitur*, constituitur, *ut offerat oblationes*.

XXV. Verbum substantivum ܗܘܐ *fuit* redundat, seu expletivum est, 1. post negativum ܠܐ *non*, quo casu utcumque per *sane* exprimi potest; ut Matth. 10, 20. ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܐܢܬܘܢ ܡܡܠܠܝܢ *nam non sane vos loquimini*; cap. 16, 11. ܕܠܐ ܗܘܐ ܥܠ ܠܚܡܐ ܐܡܪܬ *quod non sane de pane dixerim*; etiam tum, cum negativum ܠܐ *non*, interrogative capitur pro *nonne*? ut Matth. 13, 55. ܠܐ ܗܘܐ ܗܢܐ ܒܪܗ ܕܢܓܪܐ *nonne sane hic est filius fabri*? Forte quod ܗܘܐ *fuit* cum ܗܐ *ecce* a Syris confusum est, unde et cum eo alternat ibid. vers. 56. *Et sorores eius omnes* ܠܐ ܗܐ ܟܠܗܝܢ ܠܘܬܢ *non ecce! apud nos sunt*? nec non Iac. 2, 4. 6. 7. coll. ibid. vers. 5, 21. Sic Marc. 11. 13. Luc. 11. 40. cap. 17, 17. 2. post seipsum aut aliud verbum, sine immuta-

tione temporis perfecti in plusquamperfectum, quam alias praeteritis secundum §. 16. inferre solet; ut Marc. 1, 45. ܫܪܝ ܗܘܐ non, *incepit fuit*, i. e. *inceperat*, sed simpliciter, *incepit*, ibidemque ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܫܟܚ ܗܘܐ *ita ut non posset*, Luc. 1, 8. ܗܘܐ ܗܘܐ ܕܝܢ *factum est vero*; Ioh. 3, 25. ܗܘܬ ܗܘܬ ܕܝܢ ܒܥܬܐ *facta est autem quaestio*.
3. Post synonymum ܐܝܬ vel ܐܝܬܝ *est*, *erat*, *fuit*; ut Matt. 3, 4. ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ *fuit fuit*, pro *fuit* simpliciter. Verum hoc inde est, quod ܐܝܬ, perinde ac hebr. יֵשׁ, cui originem debet, proprie substantivum nomen est, ac adeo syntaxis in exemplo adlato ita sonaret: *existentia eius fuit*.

XXVI. Addimus singulares vocum constructiones, et loquendi formulas; ex ordine verborum, quibus illae constant, alphabetico, ut facilius reperiri queant. Erunt autem verba haecce: ܐܚܕ *tenuit*, ܐܟܠ *comedit*, ܐܠܨ *coegit*, ܐܬܐ *venit*, ܒܐܫ *malus fuit*, ܒܛܠ *vacuus fuit*, ܒܥܐ *hortatus est*, ܓܠܐ *retexit*, ܗܘܐ *factus est*, ܚܘܝ *indicavit*, ܐܬܚܫܚ *usus est*, ܟܪܝ *curtatus est*, ܡܠ *taeduit*, ܡܛܐ *pertigit*, ܡܠܐ *implevit*, ܢܓܕ *traxit*, ܢܣܒ *accepit*, ܢܣܩ *adscendit*, ܢܦܩ

exiit, ܣܳܡ *posuit*, ܥܒܰܪ *transiit*, ܥܰܠ *intravit*, ܩܥܳܐ vel ܩܪܳܐ *clamavit*, ܩܛܰܠ *occidit*, ܫܕܳܐ *proiecit*, ܫܰܕܰܪ *misit*.

1. Tim. 6, 1. ܠܡܳܪܰܝܗܽܘܢ ܒܟܽܠ ܐܺܝܩܳܪ ܢܶܐܚܕܽܘܢ *dominos suos in omni honore habeant*, proprie, *teneant*, germ. *sollen ihre Herren in allen Ehren halten*. 2. Thess. 3, 15. ܘܠܳܐ ܐܰܝܟ ܒܥܶܠܕܒܳܒܳܐ ܬܶܐܚܕܽܘܢܳܝܗܝ *neque tanquam inimicum habeatis eum*, germ. *und haltet ihn nicht als einen feind*.

Matth. 27, 12. ܘܟܰܕ ܐܳܟܠܺܝܢ ܗܘܰܘ ܩܰܪܨܰܘܗܝ *cum accusarent eum*, proprie, *comederent accusationes*, vel *excidia eius*. Sic cap. 12, 10. Marc. 15. 3. 1. Tim. 3, 11. 2. Tim. 3, 3. Tit. 2. 3. Impersonaliter seu passive, Luc. 16, 1. ܘܐܶܬܐܟܶܠ ܠܶܗ ܩܰܪܨܰܘܗܝ *et comestum est ei accusationes eius*, (Vide supra §. 10.) i. e. *et accusatus est ei*. Hinc ܐܳܟܶܠܩܰܪܨܳܐ *accusator*, *obtrectator*, et synecdochice *diabolus*, Matth. 4, 1. 5. 8. 11. cap. 25, 41. ܡܶܐܟܰܠܩܰܪܨܳܐ *obtrectatio* Rom. 1, 30. et divisim ܡܶܐܟܰܠ ܩܰܪܨܳܐ Ioh. 18, 29.

Phil. 1, 24. ܐܠܨܳܐ ܠܺܝ ܨܶܒܽܘܬܳܐ *cogit me res*, pro *necessum habeo*; cap. 2, 25. ܐܰܠܨܰܬܢܝ ܨܶܒܽܘܬܳܐ *coegit me res*, pro ἀναγκαῖον ἡγησάμην *necessarium duxi*;

Act. 15, 28. ܗܠܝܢ ܕܐܠܝܨܢ *haec quae coguntur*, pro *ἀναγκαῖα necessaria*.

1. Tim. 5, 15. ܕܠܩܘܕܡܝܟ ܐܬܐ ܐܢܬ *quod ante te venias*, id est, *proficias*, *progrediaris*, Germ. *dass du vor dich kommst*. 2. Tim. 3, 9. ܠܐ ܢܐܬܘܢ ܠܩܘܕܡܝܗܘܢ *non venient ante se*, pro, *non proficient ultra*.

Iac. 4, 2. ܘܠܐ ܐܬܐ ܠܐܝܕܝܟܘܢ *et non venit* quod quaeritis, *in manus vestras*, pro, *et non potestis adipisci*. Ioh. 11, 35. ܐܬܝ ܗܘܝ ܕܡܥܘܗܝ *veniebant lacrimae eius*, Germ. *die thränen kamen ihm*, pro, *lacrimabatur*; ad instar Hebr. Ezech. 24, 16. ולא תבוא דמעתך *nec oborientur tibi lacrimae*.

Matth. 26, 8. ܘܐܬܒܐܫ ܠܗܘܢ *et male adfectus est eis*, scil. *animus*, seu ܠܒܐ *cor*, id est *displicuit*, ܐܬܒܐܫ et ܐܬܒܐܫ idem, cap. 21, 15. Marc. 14, 4. et in praesenti, Luc. 11, 53. *coeperunt* ܡܬܒܐܫ ܠܗܘܢ esse *quibus* cor *male adfectum esset*, pro *indignari*, *aegre ferre*.

Luc. 10, 34. ܘܐܬܒܛܠ ܠܗ ܥܠܘܗܝ *et vacavit ipsi* (sic enim proprie sonaret) *super eo*, pro *curam eius gessit*; ut Latini dicunt *vacare litteris*, pro *operam dare*, *studere*. Subaudiveris

ܠܶܒܳܐ *cor, animus*. Sic in peil Marc. 4, 38. ܠܳܐ ܒܛܺܝܠ ܠܳܟ ܕܰܐܒ݂ܕܺܝܢܰܢ *nonne curae est tibi quod perimus*? Luc. 10, 40. Ioh. 12, 6. Act. 17, 21. 1. Petr. 5, 7. ܘܠܶܗ ܒܛܺܝܠ ܠܶܗ ܥܠܰܝܟܽܘܢ *siquidem ei, ei* inquam (cum pleonasmo pronominis) *cura est super vobis*, seu *curae estis*.

Rom. 12, 1. ܒܳܥܶܐ ܐ̱ܢܳܐ ܗܳܟܺܝܠ ܡܶܢܟܽܘܢ *petens sum igitur a vobis*, pro παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, *adhortor igitur vos*. Et sic ubique fere pro *hortari* Syri dicunt *petere ab aliquo*, non sine emphasi, ut cap. 15, 30. cap. 16, 17. 1. Cor. 1, 10. cap. 16, 15. cet.

1. Ioh. 3, 21. ܓܠܶܝܢ ܐܢܶܝܢ ܐܰܦܰܝܢ *retecta est facies nostra*, pro παῤῥησίαν ἔχομεν, *fiduciam habemus*: unde ܓܠܝܽܘܬ ܐܰܦܶܐ et ܡܓܰܠܝܳܐ ܐܰܦܶܐ *retectio faciei*, pro παῤῥησία Phil. 1, 20. 1. Tìm. 3. 13. Hebr. 3, 6. et ܒܓܶܠܝ ܥܰܝܢܳܐ *in retecto oculo*, pro, *aperte, palam* Ioh. 16, 25. cap. 18, 20. 2. Cor. 3, 12. Hebr. 4, 16.

Ioh. 12, 42. ܕܠܳܐ ܢܶܗܘܽܘܢ ܠܒܰܪ *ut ne fierent foris, ut ne expellerentur*: ut Graecis active dicitur ἔξω ποιῆσαι *foris facere*, pro *exire iubere* vel *expellere* Act. 5, 34.

2. Cor. 3, 1. ܕܢܚܰܘܶܝܟܽܘܢ ܡܳܢܳܐ ܐܺܝܬܰܝܢ *ut ostendamus vobis, quid* seu quale *simus*, ἑαυτοὺς συνιστάνειν.

1. Cor. 7, 31. *Et qui utuntur saeculo hoc. sint tanquam* ܡܶܫܬܰܡܫܺܝܢ ܠܳܐ ܠܒܰܪ ܡܶܢ ܐܽܘܪܚܳܐ ܕܢܳܡܽܘܣܳܐ

non extra convenientiam usus, pro, *ne abutantur*.

Luc. 18, 23. 24. ܟܪܝܬ ܠܗ *curtatus* seu *confectus est ei*, scil. ܪܘܚܐ *spiritus*, vel ܢܦܫܐ *anima*, pro *tristatus est*. Sic Matth, 14. 9, cap. 17. 23. Ioh. 16, 20. 21. 22. cap. 21, 17. Sic transitive in aphel 2. Cor. 2, 2. 5. cap. 7, 8.

Hebr. 3, 10. ܡܐܢܬ ܠܝ ܒܕܪܐ ܗܘ *taeduit me generationis illius*, seu *fastidium habui*; proprie, *taedio adfecta est mihi* (scil. ܢܦܫܐ *anima*, vel ܪܘܚܐ *spiritus*) *in generatione illa*. Sic vers. 17. Luc. 18, 1. Gal. 6. 9. 2. Thess. 3. 13. Hebr. 3, 10. 17. cap. 12, 3.

Rom. 14, 4. ܡܛܝܐ ܒܐܝܕܝ ܡܪܗ *potest dominus eius*, proprie, *pertingens* (puta ܚܝܠܐ *robur*) *est in manibus domini eius*. Sic in fem. 2. Tim. 1, 12. Hebr. 11. 19. ܕܡܛܝܐ ܒܐܝܕܘܗܝ *qui potest*, et in peil cap. 2, 2. ܕܡܛܝܐ ܒܐܝܕܝܗܘܢ *qui possunt*.

Ioh. 11, 19. ܕܢܡܠܘܢ ܒܠܒܗܝܢ *ut implerent cor illarum*, cum praefixo ܒ obiectivo, pro, *ut consolarentur illas*; 1. Thess. 2, 11. ܘܡܠܝܢ ܗܘܝܢ ܒܠܒܟܘܢ *et implebamus cor vestrum*, i. e. *consolabamur vos*. Sic Iud. 19, 3. Unde Phil. 2, 1. ܡܘܠܝܐ ܕܠܒܐ *implementum cordis*, pro, *sola-*

tium. Lapsarunt Trostius et Gutbierius, derivantes ista non a ܡܠܐ *implevit*, sed a ܡܰܠܶܠ *loquutus est*, ad instar phrasis hebraeae דבר על לב *loqui ad cor* alicuius, pro *consolari* Esa. 40, 2. quod vero analogiae grammaticae repugnat: sed et Castellus Schaafiusque, deducentes quidem a ܡܠܐ; sed ita ut significatum ei tribuant verbi cognati ܡܰܠܶܠ *loquutus est*, quem tamen significatum ܡܰܠܶܠ nonnisi in pael, ܡܠܐ vero extra hanc syntaxin cum ܒܠܒܐ nunquam habet, sicut nec ܡܰܠܶܠ sequenti praefixo ܒ iungitur, quod contra de ܡܠܐ *implevit* valet, v. g. Act. 5, 3. ܡܠܐ ܣܛܢܐ ܒܠܒܟ *implevit satanas cor tuum*.

Hebr. 6, 15. ܐܰܓܪܶܓ ܪܘܚܗ *protraxit* (aphel a rad. ܢܓܪ) *spiritum suum*, i. e. *expectavit patienter*, seu *longanimis fuit*. Sic cap. 13, 22. Luc. 18, 7. Iac. 5, 7. Unde ܢܓܝܪܐ ܪܘܚܗ *cuius spiritus protractus*. pro *longanimis*, 1. Cor. 13, 4. 2. Tim. 2, 24. nec non ܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ vel ܡܓܪܬ ܪܘܚܐ *protractio spiritus*, pro, *longanimitas* 1. Tim. 1, 16. Hebr. 6, 12.

Iac. 2, 9. ܒܐܦܐ ܢܣܒܝܢ ܐܢܬܘܢ *faciem accipitis*, προσωποληπτεῖτε. Sic Luc. 20, 21. Gal. 2, 6.

Unde ܡܣܒ ܒܐܦ̈ܐ *acceptio faciei*, προσωποληψία *personae respectus*, Matth. 23, 28, Luc. 12, 1. Ioh. 7, 24. 1. Tim. 5, 21. et ܢܣܒ ܒܐܦ̈ܐ *acceptor facierum*, pro, *hypocrita* Matth. 7, 5.

Deut. 29, 9. ܕܬܗܘܘܢ ܡܣܩܝܢ ܠܪܫܐ *ut faciatis adscendere* (a ܣܠܩ *adscendit*) *ad caput*, i. e. *ad felicem exitum perducatis*. Sic cap. 28, 29. Prov. 13, 13.

Act. 26, 1. ܘܡܦܩ ܗܘܐ ܪܘܚܐ *et exibat* (an *exire faciebat* seu *proferebat*?) *spiritum*, i. e. *defendebat se*. Sic vers. 2, 24. cap. 19, 33. 40. cap. 21, 1. cap. 24, 10. Luc. 21, 14. 2. Cor. 12, 19. unde Tim. 4, 16. ܒܡܦܩ ܪܘܚܝ *in apologia mea*. Ratio et proprietas phraseos non adeo liquida. Luc. 12, 11. secundum Polygl. angl. legitur in aphel, ܐܝܟܢܐ ܬܦܩܘܢ ܪܘܚܐ *quomodo prolaturi sitis spiritum*, i. e. *vos defensuri*.

Act. 4, 21. ܕܢܣܝܡܘܢ ܒܪܫܗܘܢ *ut ponerent in capite illorum*, pro, *punirent illos*, unde ܡܣܝܡ ܒܪܫܐ, vel coniunctim ܡܣܝܡܒܪܫܐ *positio in capite*, pro, *paena*, *supplicium* Act. 22, 5. Hebr. 10. 29.

Act. 5, 4. ܣܡܬ ܒܠܒܟ *posuisti in corde tuo*, prō, *constituisti*; Luc. 1. 9. ܕܢܣܝܡ ܒܣܡ̈ܐ *ut poneret adoramenta*, pro, *suffiret*, *suffitum*

faceret; Tit. 3, 12. ܣܡܬ ܒܪܥܝܢܝ *posui in mente mea*, pro, *κέκρικα decrevi*, quomodo et Act. 19, 21. unde in deteriorem partem flexa significatione, ܡܣܡ ܒܪܥܝܢܐ *positio in mente*, pro, *ὑπόνοια suspicio* 1.Tim. 6, 4. Item Matth. 6, 19.20. ܣܝܡܘ ܠܟܘܢ ܣܝ̈ܡܬܐ *ponite vobis positiones*, pro, *congerite* vel *struite vobis thesauros*; quomodo et Rom. 2, 5. Denique Eph. 1, 5. ܣܡܢ ܠܒܢ̈ܝܐ *posuit nos in filios*, pro, *adoptavit*, unde Rom. 8, 15. 23. et cap. 9, 4. ܣܝܡܬ ܒܢ̈ܝܐ *positio filiorum*, pro, *adoptio*.

Ioann. 4, 4. ܡܬܒܥܐ ܗܘܐ ܠܗ *opus erat ei*, pro, *oportebat eum*; velut per latinismum.

1. Tim. 3, 3. ܥܒܪ ܥܠ ܚܡܪܐ *transiens super vinum*, pro, *πάροινος vinosus*, quod Arabs erpen. ex Syro expressit, *nimius in bibendo vino*.

Ioh. 6, 21. 23. ܥܠ ܠܗ ܒܫܢܘܗܝ *intravit sibi in annos suos*, pro *ἡλικίαν ἔχει aetatem habet*, germ. *er ist zu seinen jahren gekommen*, hebr. בא בימים Gen. 18. 11. ubi Syr. pariter ܥܠܘ ܒܫܢ̈ܝܐ *intraverant in annos*.

Act. 25, 11. 12. ܠܦܛܪ̈ܘܢܘܗܝ ܕܩܣܪ ܩܪܐ ܐܢܐ *ad protectiones Caesaris provoco*, et ܠܦܛܪܘܢܗ ܕܩܣܪ ܩܪܝܬ *ad protectionem Caesaris provocasti*, pro. *Cae-*

sarem adpello, et *Caesarem adpellasti*. Sic cap. 26, 32. et, quod idem est, cap. 28, 19. *coactus sum* ܘܐܩܪܐ ܒܓܢ ܩܣܪ *inclamare protectionem Caesaris*. Ceterum ܒܓܢܘܢܗ et ܒܓܢ Castellus et Gutbierius verterunt *provocationem* seu *adpellationem*, quasi esset a ܒܓܢ *clamare* Act. 21, 28. perperam, quia sic ܒܓܢܘܢܗ scribendum fuisset: est potius cum praefixo ܒ, a ܓܢ aphel ܐܓܢ *texit*, *protexit*. Unde et erpenianus Arabs ex syriaco fonte phrasin istam vertit, *confugere ad asylum*, vel *implorare asylum Caesaris*.

Hebr. 6, 12. ܘܠܐ ܬܬܦܣܩ ܠܟܘܢ *et ut ne succedatur vobis*, scil. ܪܘܚܐ *spiritus*, vel ܢܦܫܐ *anima*, pro, *ut ne segnescatis*, seu *defetiscatis*, opposite ad ܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ *protractionem spiritus*, seu *longanimitatem*, ibid. Sic 1. Thess. 3, 3. Hebr. 10. 38. ܘܐܢ ܢܬܦܣܩ ܠܗ *sin succidatur ipsi*, pro, *sin defetiscat*; unde ibid. vers. 39. ܦܘܣܩܐ *succisio*, nempe spiritus, pro *torpore*, hebr. קצר רוח Ex. 6, 9. Vide paulo ante sub ܟܪܐ vel ܟܪܝ *curtari*.

Act. 27, 42. ܘܠܐ ܢܪܡܘܢ ܣܚܝܐ *ne proiicerent natationem*, pro, *ne natatui se committerent*, seu *natarent*.

Luc. 19, 28. ܫܕܪܬܘܢ ܒܬܪܝ *misistis post me*, pro μετεπέμψαθέ με, *accersivistis me*, germ. *ihr habt nach mir geschickt*. Sic Act 10. 29.

CAPUT II.

De idiomatibus nominum syntacticis.

I. Idiomata nominum syntactica eo prosequemur ordine, quem accidentia nominum suggerunt, figura, periphrasis, qualitas, genus, comparatio, casus, numerus, status, geminatio, ellipsis: quibus adiiciemus syntaxin numeralium.

II. Ratione figurae sunt nomina vel simplicia vel composita. Vide lib. II. cap. II. §. 3. Et compositorum quidem, quae apud Graecos Latinosve sunt,

1. alia per simplicia Syris efferuntur, v. g. ܚܕܬܐ *recens*, pro ἄγναφος *impexus* Matth. 9, 16. ܚܙܬܐ *visus*, pro ἀνάβλεψις *recuperatio visus* Luc. 4, 18. ܟܢܬܐ σύνδουλος *conservus* Matth. 18, 28. ܫܘܬܦܐ συγκοινωνὸς *particeps* Rom. 11, 17.

2. alia circumscribuntur: ut

1. Composita negativa, seu quae privationem notant, per ܠܐ *non*, ܕܠܐ *sine*, vel ܠܝܬ *non est*, vel alia quacunque ratione. Sunt autem vel adiectiva, v. g. 1. Cor. 7, 8. τοῖς ἀγάμοις, ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܢܫܐ *illis quibus non sunt uxores*;

cap. 1, 28. τὰ ἀγενῆ, ܐܝܠܝܢ ܕܒܨܝܪ ܫܪܒܬܗܘܢ *quorum parva est familia*; Act. 4, 13. ἀγράμματοι, ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܣܦܪܐ *nescientes litteras*; Eph. 1, 4. ἀμώμους, ܕܠܐ ܡܘܡ *sine labe*; 1. Cor. 6, 2. ἀνάξιοι, ܠܐ ܫܘܝܢ *non digni*; Matth. 12, 5. 7. ἀναίτιοι, ܕܠܐ ܥܕܠܐ *sine reprehensione*; Ioh. 8, 7. ὁ ἀναμάρτητος, ܕܠܐ ܚܛܗܐ *sine peccato*; Hebr. 11, 12. ἀναρίθμητος, ܕܡܢܝܢ ܠܝܬ ܠܗ *cui numerus non est*; 1. Cor. 1, 8. ἀνέγκλητος, ܕܠܐ ܪܫܝܢ *sine accusatione*; 2. Cor. 9, 15. et 1. Petr. 1, 8. ἀνεκδιήγητος et ἀνεκλάλητος, ܕܠܐ ܡܬܡܠܠܢܐ *quae non enarratur*; Luc. 12, 33. ἀνέκλειπτος, ܕܠܐ ܥܒܪܐ *qui non transit*; Matth. 3. 12. ἀσβέστῳ ܕܠܐ ܕܥܟܐ *qui non extinguitur*; quibus adde cumulum exemplorum Rom. 1, 31. nec non cap. 12, 9. Luc. 24, 25. 2. Cor. 9, 4. Eph, 3, 8. Col. 1, 15. 16. 1. Tim, 1, 17. cap. 3, 2. cap. 6, 14. 2. Tim. 2, 15. 23. Hebr. 2, 8. cap. 11, 27. Iac. 2, 13. 1. Petr. 1, 22. item Eph. 5, 17. ἄφρονες; ܚܣܝܪܝ ܪܥܝܢܐ *carentes mente*. Vel substantiva, v. g. Apoc. 17, 4. ܠܐ ܕܟܝܘܬܐ *immundities*; 1. Cor. 15, 53. 54. ἀφθαρσία et ἀθανασία, ܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ *non-corruptibilitas*, et ܠܐ ܡܝܘܬܘܬܐ *non-mortalitas*; Rom. 11, 30. 32. ἀπείθεια, ܠܐ ܡܬܛܦܝܣܢܘܬܐ *non-obedientia*; ad

instar hebraicorum אַל מָוֶת *immortalitas* Prov. 12. 28. אַל קוּם עִמּוֹ *irresistibilis* c. 30, 31. *ligna* אַל מוּגִים *putredinis expertia* Rom. 2, 23. ἀπιστία. ܚܣܝܪܘܬ ܗܝܡܢܘܬܐ *defectus fidei*.

2. Societatem notantia: per adiectum ܥܡ *cum*; ut Rom. 16, 7. Col. 4, 10. Philem. vers. 23. ὁ συναιχμάλωτός μου, ܫܒܝܐ ܕܥܡܝ *captivus qui est mecum*; Rom. 16, 3. 9. 21. ὁ συνεργὸς ἡμῶν, ܦܠܚܐ ܕܥܡܢ *operarius qui nobiscum est*: per ܚܒܪܐ *socius*; ut Ioh. 11, 16. τοῖς συμμαθηταῖς, ܠܬܠܡܝܕܐ ܚܒܪܘܗܝ *discipulis sociis suis*; 1. Petr. 5, 1. ὁ συμπρεσβύτερος, ܩܫܝܫܐ ܚܒܪܟܘܢ *presbyter socius vester*: per ܫܘܬܦ *consors*; ut Eph. 3, 6. σύσσωμοι, ܫܘܬܦܐ ܕܦܓܪܐ *consortes corporis*.

3. Anticipationem seu prioritatem dicentia, per ܡܩܕܡܘܬ *anticipatio*: ut Act. 2, 23. et 1. Petr. 1, 2. προγνώσει, ܒܡܩܕܡܘܬ ܝܕܥܬܗ *anticipatione scientiae suae*; 1. Tim. 5, 21, χωρὶς προκρίματος, ܘܠܐ ܢܩܕܘܡ ܪܥܝܢܟ *nec praeveniatur mens tua*.

4. Universitatem connotantia, per ܟܠ *omne*: ut Luc. 23, 18. παμπληθεί, ܟܠܗ ܟܢܫܐ *tota*

multitudo ; cap. 11, 23. τὴν πανοπλίαν, ܟܠܗ ܙܝܢܐ *totam armaturam* ; 2, Cor. 6, 18. παντοκράτωρ, ܕܟܠ ܐܚܝܕ *qui omnia tenet* ; vel inverso ordine, Apoc 1, 8. cap. 4, 18. ܐܚܝܕ ܟܠ *tenens omnia* ; Sap. 18, 15. παντοδύναμος, ܕܟܠ ܡܨܝܐ *qui omnia potest* ; Hebr. 4, 12. ἐνεργὴς, ܟܠ ܡܣܬܥܪܢܐ *omnia operans* .

5. Quae iterationem, per ܡܢ ܕܪܝܫ *a capite* : ut Tit. 3, 5. ܡܘܠܕܐ ܕܡܢ ܕܪܝܫ παλλιγγενεσία .

6. Quae spurium quid, per ܕܓܠܐ *mendax* ; ut 2. Cor. 11, 26. ψευδάδελφοι, ܐܚܐ ܕܓܠܐ *fratres mendaces* ; vers. 13. ψευδαπόστολοι ܫܠܝܚܐ ܕܓܠܐ ; 2. Petr. 2, 1. ψευδοπροφῆται et ψευδοδιδάσκαλοι ܢܒܝܐ ܕܓܠܐ et ܡܠܦܢܐ ܕܓܠܐ ; Matth. 24, 24. ܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ ψευδόχριστοι ; 1. Tim. 6, 20. ܝܕܥܬܐ ܕܓܠܬܐ ψευδώνυμος γνῶσις .

III. Species compositionis sunt periphrases, quae fiunt per nomina quaedam auxiliaria, ut sunt

1. ܒܪ *filius*, plur. ܒܢܝ *filii* ; v. g. ܒܪ ܐܘܡܢܘܬܐ *filius opificii* , pro , ὁμότεχνος , Act. 18, 3. cap. 19, 24. 25. 38. ܒܪ ܫܪܒܬܐ ܪܒܬܐ *filius familiae magnae* , pro , εὐγενὴς *nobilis* Luc. 19, 12. ܒܪ ܐܘܓܢܣ

fili iugi mei, pro, σύζυγε *socie*, idem iugum trahens Phil. 4, 3. ܒܪ ܡܪ̈ܒܝܢܐ *filius educatorum*, pro, σύντροφος *una educatus* Act. 13, 1. ܒܪ ܫܘܪܐ *filius muri*, pro *antemurale* Esa. 26, 1. ܒܪ ܙܪܥܐ *filius seminis*, pro, *seminabile*, quomodo et Targ. Onkel. Lev. 11, 37. 38. ܒܪ ܒܣܪܐ *filius carnis*, *eadem carne satus cognatus* Esa. 58, 7. Rom. 11, 14. ܒܪ ܓܘܪܐ *filius adulterii*, *nothus* Deut. 23. 2. ܒܪ ܝܘܡܗ *filius diei sui*, *eundem diem agens* Deut. 24, 15. Prov. 12, 16. ܒܪ ܫܥܬܗ *filius horae suae*, *eandem horam agens*, et adverbialiter, *illico*, *statim* Matth. 13, 5. 20. Ioh. 5, 9. cap. 13, 30. Act. 10, 33. cap. 21, 32. Luc. 5, 13. etiam pluraliter Matth. 20, 34. et in femin. cap. 21, 20. ܒܪ ܢܫܐ *filius hominis*, pro *homo*, passim; ܒܪ ܨܘܪܐ *filius colli*, pro, *fimbria collaris* seu *collum ambiens* Ps. 132, (133) 2. Et in plurali: ܒܢ̈ܝ ܝܪܬܘܬܐ *filii haereditatis*, συγκληρονόμοι Eph. 3, 6. ܒܢ̈ܝ ܐܬܪܐ *filii loci*, οἱ ἐντόπιοι Act. 21, 12. ܒܢ̈ܝ ܡܕܝܢܬܐ *filii urbis*, συμπολῖται, et ܒܢ̈ܝ ܒܝܬܐ *filii domus*, οἰκεῖοι cap. 2, 19. ܒܢ̈ܝ ܫܪܒܬܐ *filii tribus*, συμφυλέται 1. Thess. 2, 14. ܒܢ̈ܝ ܥܡܐ *filii populi*, *gentiles* Ioh. 18, 35. ܒܢ̈ܝ ܠܘܝܬܐ *filii comitatus*, συ-

νόδοι, *συνοδία*, *συνέκδημοι*, Luc. 2, 44. Act. 19, 29. ܒܢܝ̈ ܫܢܝ̈ *filii annorum meorum*; *συνηλικιῶται μου*, Gal. 1, 14. ܒܢܝ̈ ܚܐܪ̈ܐ et ܒܪ *filius* et *filii ingenuorum*, pro, *ἐλεύθερος* et *ἐλεύθεροι* 1. Cor. 7, 22. 1. Petr. 2, 16. ܒܢܝ̈ ܩܪܛܐ *filii Cretae*, *cretenses*, Tit. 1, 12. ܒܢܝ̈ ܦܬܟܪ̈ܐ *filii idolorum*, *idolatrae* Apoc. 2, 14. 20. Cave tamen, cum Castello ad hanc classem referas periphrasin *lunatici*, Matth. 17, 15. ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܪ ܐܓܪ̈ܐ *qui est sibi*, non *filius tectorum*, qs. *qui tecta scandit*, sed potius *extra tecta*, qui domi non manet, coll. Luc. 8, 27. Nam et pluraliter dicitur cap. 4, 24. ܘܒܢܝ̈ ܐܓܪ̈ܐ *et qui sunt extra tecta*. Contra, ܒܪܬ ܩܠܐ *filia vocis*, pro, *vox* Rom. 10, 16. 18. Gal. 4, 20. Hebr. 3. 15. plur. ܒܢ̈ܬ ܩܠܐ *voces* Act. 12, 22.

